nibus: nisi quodammodo crucifigat: Figura est ista de christo. continuo predicanda erat ecclesia: pronuntiato capite: pronuntiandum erat et corpus. **Le-**git spiritus dei: cepit deus ad Abrahamam predicare velle ecclesiam et tulit figuram: christum figurate predicabat: ecclesiam apte predicavit: **Aut** enim ad Abrahamam: Quia obaudisti vocem meam et non pepercisti filio tuo dilecto propter me: benedicentes benedicam te: et implendo implebo seminum tuum sicut stellas celi: et arenam maris. et bene dicent in semine tuo omnes gentes terre. **Et** pene ubique christus in aliquo involuto sacramento predicatus est a prophetis: ecclesia apte: ut videret illam: et quae futuri erant contra illam. et impleretur in eis ista nequitia quam dixit per prophetas. **Qui** videbant me foras fugerunt a me. **Ex** nobis exierunt: si non erant ex nobis. **Hoc** dicit Johannes de illis dixit. **Oblitus** sum tantum mortuum a corde. **Oblitus** sum: in oblivionem veni: obliti sunt me illi qui videbant me. **Obliti** sunt mei: et sic mei obliti sunt tantum mortuus fuerim a corde ipsorum. **Oblitus** sum tantum mortuum a corde. **Factus** sum tantum vas perditum: **Quid** est hoc? **Factus** sum tantum vas perditum: Laborabat iste et nulli perderat: vidit se vas esse et nulli perdesse et se tantum vas perditum dicit. **Quoniam** audivi vituperationem multorum accolebam in circuitu. **Adulti** accolunt in circuitu meo: et reprehendunt me quot die. **Quanta** mala dicunt in malos christianos: quae maledicta perveniunt ad omnes christianos: **Numquid** enim dicit: quae maledicit: aut quae reprehendit christianos: ecce quod faciunt non boni christiani: sed ecce quae faciunt christiani: non sepat: non discernit. **Illi** tamen ista dicunt quae accolebant in circuitu: id est circueunt: et non intrant. **Quare** circueunt et non intrant: **Quia** rotas terpis amat. **Non** intrant ad veritatem: quia non amant eternitatem: temporalibus dediti tantum rote perstricti: de quibus alibi dicit: **Spone** principis eorum ut rotas: et alibi: **In** circuitu impij ambulat. **Quoniam** congregarent ipsi filium adversum me: ut acciperet animam meam periclitati sunt. **Quid** est ut accipient animam meam periclitati sunt: **Ut** sentirem pravitatem eorum. **Illis** enim qui maledicunt: et non intrant parum est: quia non intrant: et eijcere hinc volunt vitupando. **Si** eicerint te de ecclesia: acceperunt animam tuam: id est tenuerunt conscientiam tuam: et eris in circuitu tuo: non in mansione. **Ego** autem inter haec opprobria: inter haec scandalum: inter haec mala: inter istas seductiones: foris iniquitates: et peruersitates intus: cum attenderem homines iustos: et

querere quos imitarem: et dixerem: **Quid** feci? quod periclitati inveni? **Ego** autem in te speravi domine: **Nullum** salubrum: nihil securus. **Uol**ebas imitari nescio quem: iuvenisti illum non bonum. **Tolle** imitationem hanc. **Alia** quaesisti: nescio quid displicuit tibi. **Tertium** quaesisti: et ipse non placuit: **Numquid** quod et ille displicuit: et tu peribis? **Tolle** ab homine spem: quia maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. **Si** attendas ad hunc hominem et cum queris imitari et ex illo perdere: adhuc lacte vis nutriri: et fies mamotreptus: quales dicunt pueri qui disugunt quod non decet. **Etenim** lacte uti tanquam per carnem velle sibi cibum trahere: hoc idem est per homines vivere. **Idoneus** esto ad mensam: unde capere vult ille cepit. aut fortasse non cepit. **Fort** vtiliter et in malum incidisti quem bonum putasti: ut in vberem quasi materno amaritudinem inuenires: et ea offensione repellereris: et ad cibum validiore imitareris. **Faciunt** enim haec nutrices mamotrepti: ut aliqua amara ponant in papillis suis: quibus offensi puuli ab vberem resiliunt et ad mensam inbient. **Ergo** dicat: ego autem in te speravi domine. **Dixi** tu es deus meus. **Tu** es deus meus: recedat Bonatus: recedat Cecilianus: nec ille nec iste meus deus est: **Non** ad hominis nomen ambulo: christi nomen teneo. **Ipse** Paulus audi dicens: **Numquid** Paulus pro vobis crucifixus est: aut in nomine Pauli baptizati estis? **Perire** si essem de parte Pauli: quomodo non peream si fuerim de parte Bonati? **Propterea** recedat humana nomina: humana crimina: humana signeta **In** te domine speravi: dixi tu es deus meus. **Non** homo quisquam: sed tu es deus meus. **Unus** deficit: unus proficit: deus meus non deficit neque proficit. **Nec** habet quo proficiat profectus: nec habet unde deficiat eternus. **Dixi** domino deus meus es tu. **In** manibus tuis sortes mee. **Non** in manibus hominum: sed in manibus tuis. **Quae** sunt iste sortes: **Quare** sortes: **Audito** nomine sortium: non debemus sortilegos querere. **Sors** enim non aliquid mali est: sed res est in dubitatione humana divina indicans voluntatem. **Non** et sortes miserunt apostoli: quoniam Judas tradito domino perijt. **Et** sic de illo scriptum est: abiit in locum suum: cepit queri quos in loco eius ordinaret. **Electi** sunt duo iudicio humano: et electus de duobus unus iudicio divino. **De** duobus profuit est deus quae nam ipsorum esse vellent: et cecidit sors super Adathiam. **Quid** igitur est in manibus tuis sortes mee: **Sorte** dixi quod tu ego existimo: gratiam qua saluati sumus. **Quare** sortis nomine appellat gratiam dei: **Quia** in sorte non est de-

Adhuc vultus est...

Acta...

Marginal notes on the right side of the page, including the word 'Psalmus' at the top and various smaller annotations.

ctio h̄ volūtas dei. Nā vbi dicit: iste facit: iste si facit: merita p̄siderant: et vbi merita cōsiderant electio est: nō fors. Quā autē de nulla merita nra iuenit: sorte volūtatē sue nos saluos fecit: q̄ voluit: nō q̄ digni fuimus. Hec est fors. Merito tunica illa dñi desup̄ texta q̄ significat caritatē eternitatē: cū diuidi a p̄secutorib⁹ nō posset: fors sup̄ eā missa est: ad quos puenit: eos significauit q̄ vident ad sortē puenire sc̄toꝝ. Gratia salui facti estis p̄ fidē ait Ap̄ls Gratia salui facti estis p̄ fidē: et h̄ nō ex vobis. Et de sorte et h̄ nō ex vobis sed dei donuz est: nō ex operib⁹ quasi vos h̄n feceritis vt ad hoc accedere digni essetis: non ex operib⁹ ne forte quis extollat. Ip̄s em̄ sum⁹ signē tuus: creati in christo Iesu in opib⁹ bonis. Hec quodā mō fors occulta est: voluntas dei in hūano genere fors ē: fors veniēs de dei occulta volūtatē: ap̄d quē nō est iniquitas. Nō em̄ ille p̄sonas accipit: sed occulta illi iusticia tibi fors est. Attendat itaq̄ caritas vestra: videte hoc ip̄m quēamodū firmes ab ap̄lo Petro: cū simō ille magus baptizat⁹ a philippo: adhereret ei: credēs miraculis diuinis factis in conspectu suo: Venerūt apli ad samarias vbi crediderat etiā ip̄e mag⁹ et vbi fuit baptizat⁹: et imposuerūt apostoli man⁹ hoib⁹ baptizat⁹: et acceperūt spiritū sc̄tū: et ceperūt linguis loqui. Admirat⁹ est ille et obstupescit tāto diuino miraculo: qd̄ ad impositionē hūanarū manūū venit sp̄s sc̄tū et impleuit hoies: et desiderauit istā: nō gratiā sed potētā: nō vñ liberaretur sed vñ extolleretur. At vbi desiderauit h̄: et impleuit sup̄bia cor eius et diabolica impietas et celsitudo deiiciēda: ait Ap̄ls: Quātā vult pecuniā a me accipere: vt et ad meaz impositionē manūū accipiant hoies spiritū sc̄tū: Qui q̄rebat secularia: qui in circuitu accolebat: pecunia putauit posse se emere donum dei. Qui se putauit pecunia cōparare spiritū sc̄tū: etiā ap̄los auaros arbitrat⁹ est: sic erat ip̄e impius et sup̄b⁹. Cōtinuo peti⁹: pecunia tua inq̄t tecū sit i p̄ditionē: q̄ existimasti donū dei pecunia cōpari. Nō est tibi pars neq̄ fors i fide hac: id est nō p̄tines ad istā gratiā quā gratis oēs accepim⁹ qui pecunia te putas emere qd̄ gratis dat. Ex eo autez qd̄ gratis dat: fors vocatur. Non est tibi fors neq̄ ps i fide hac. Ista dixi: ne expauescerem⁹ qd̄ ait: In manibus tuis sortes mee. Que sūt em̄ sortes: Hereditas ecclie.

Quousq̄ est hereditas ecclie: Inter quos fines: Usq̄ ad oēs fines. Dabo tibi gētes hereditatē tuā: et possessionē tuaz fines terre. Nō mihi q̄ p̄mittat hō nescio quā p̄tūculā: de⁹ me⁹ in manibus tuis sortes mee. Iā sufficiat caritati vestre: qd̄ restat i noie dñi crastina die ip̄o adiuuāte reddem⁹.

Sermo. iii. de fine eiusdē psal.

Quod de psalmo restat vñd̄ duos iā sermōes habuim⁹: aliq̄ntum est ampli⁹ q̄ tertia ps: et vident⁹ nob̄ hodie debitū esse cōplendū. Cū peto caritatē vestrā vt libēter audiat nos. In verb̄ em̄ ei⁹ planiorib⁹ nō est imorari necē: vt ea nos teneāt: q̄z ē necessitas exponēdi. Ab̄ta em̄ sūt animis fidelīū sp̄ote occurrētia: multa q̄ breui admonitōe op⁹ h̄nt: quedaz vero et ea rarioꝝa quib⁹ insudādū est vt possint intelligi. Ut ergo temp⁹ sufficiat virib⁹ et nris et vestris: videte q̄ apta sūt hec. Et nobiscū poti⁹ agnoscite: et in his nobiscūz deū laudate. Et si orat psalm⁹: orate. Et si gemit: gemite. Et si gratulat⁹: gaudete. Et si sperat: sperate. Et si timet: timete. Omnia enī q̄ hic p̄scripta sūt: speculū nostrū sunt.

Alia s̄ta. t manu.

Eruē me de manib⁹ inimicorū meorū: et a p̄secutorib⁹ me. Dicam⁹ h̄: vnusq̄sq̄ de inimicis suis dicat h̄. Bonū est em̄ et orare debem⁹ vt nos de⁹ eruat de manib⁹ inimicorū nrorū. Sed intelligēdi sūt inimici p̄ quib⁹ orādū sit: et q̄ quos orādū sit. Inimici hoies qualescūq̄ fuerint non sūt odio h̄ndi: ne cū odif malus quē patif maluz: sint duo mali. Diligat bon⁹: et quē patif malū: vt vel vn⁹ sit mal⁹. Illi inimici sūt q̄ quos orādū est diabol⁹ et angeli eius: ip̄i nobis inuidēt regnū celoz: ip̄i nolunt vt nos ascēdam⁹ vñ illi deiecti sūt: ab his orem⁹ erui aiām nram. Nā et q̄ aduersus nos hoies icitant: vasa ip̄oz sūt. Proinde Paul⁹ ap̄ls admonēs nos: q̄ cauti esse q̄ inimicos debeam⁹: ait suis dei qui tribulationēs patiebant⁹ vtiq̄z seditionib⁹ improbitatib⁹ inimicitijz hoim: Nō ē vobis coluctatio aduersus carnē et sanguinē: id est nō aduersus hoies s̄ aduersus p̄ncipes et potestates et rectores mūdi. Cui⁹ mundi: Celi et terre. Absit. Hui⁹ mūdi rector non est nisi creator. S̄z quē dicit mūdū: Amatores mūdi. Beniq̄z addit et exponit: qd̄ dico mūdi tenebrarū haz. Quarū vtiq̄z tenebrarū: nisi infidelīū et impioꝝ: Nā ex impijs et infidelib⁹ cū eēt facti pij et fideles: sic eos alloq̄t idē Ap̄ls. Fuisitis enīz aliq̄n

tenebre: nunc aut lux in dño. Aduersus spiritalia inquit nequie i celestib: aduersus diabolū z ei' angelos dimicatis: hostes vestros nō videtis z vincitis. Erue me d manib' inimicoy meoy: z a psequētibys me.

Illustra faciē tuā sup seruu tuū: saluum me fac in tua misericordia.

Supius dicebam' si meminit hesterne disputatōis caritas vestra: quicūq; affuistis: om̄ illi maxie psequūt eccliam q̄ christiani uolūt bñ uiuere. Per hos em̄ opprobriuz bz ecclia: et ab his inimicitias sustinet: qñ corripit: qñ male uiuere nō pmittunt: qñ cum eis vel verbo agitur: ipsi mala in suis cordib' meditant: z erūpēdi occasionē requirūt. Inter hos gemēs iste: et si volum' nos sum': q̄ p̄s sūt ip̄i: et inter multitudinē eoy vix apparēt boni tanq̄ grana in area: de quib' tūc purgat' horrea replēda sūt dñi. Ergo inter hos genuit' iste ait: **Illustra faciē tuā sup seruu tuū.** Cōfusio enī q̄ dā putat cū oēs christiani dicunt: z q̄ bene viuūt z q̄ male viuūt: oēs vno caractere signātur: omnes ad vnū altare accedunt: omnes eodem baptismo abluūtur: omnes eandē orationē dñicam pferūt: oēs hīsdē mysterijs celebrādis interfūt. Qñ discernūt q̄ genuit' z a quib' gemat: nisi illustret ille faciē suā sup seruu suū: **Quid est q̄: illustra faciē tuā sup seruu tuū?** Appareat qz p tinea ad te: nec sic dicat z christian' impi' qz ptinet ad te: ne sine cā tibi i alio psalmo dixerit: **Judica me de' z discerne cām meā de gēte nō scā.** Qd̄ ibi dixit: **discerne cām meā: h̄ dic' h̄: illustra faciē tuā sup seruu tuū: Et tūc ne z ip̄e supbiat z q̄ si se iustificare videat: adiūgit z ait. Saluum me fac i tua misericordia: h̄ est nō in mea iusticia: n̄ in meis meritis: s̄ in tua misericordia: Nō qz ego sū dign': s̄ qz tu misericors es. Noli me audire s̄m iudiciariā seueritatē: s̄ s̄m misericordissimam bonitatē. Saluum me fac in tua misericordia.** **Dñe nō pfundar qm̄ iuocauit te.** Magnā cām dixit: ne cōfundat qm̄ iuocauit. **Uis vt pfundat qui iuocauit te: Uis vt dicat: vbi est d̄ quo psumpsit: Quis aut etiā ip̄oy impioy nō iuocat deū: Nisi q̄ pprio mō qdā diceret iuocauit te q̄ nō possit cōis esse cū mltis: nllō mō de hac iuocatiōe tātā mercedē auderet exigere. Rñderet em̄ illi de' qdāmō in cogitatiōe z diceret: **Quid a me peti vt nō pfundar? Quare? Quia iuocasti me. Nōne q̄tidie hoies vt impleāt forte adulteria q̄ cō****

cupiscūt iuocāt me: Nōne q̄tidie hoies vt moriāt illi a quib' expectāt hereditatē iuocāt me: Nōne q̄tidie hoies q̄ fraudē cogitāt vt eā pspero exitu cōpleāt iuocāt me: **Quid ergo est qd̄ p magna mercede exigit vt dicas: nō pfundar qm̄ iuocauit te. Inuocāt quidē illi: s̄ nō iuocāt qdē te Inuocas deū: qñ in te vocas deū. Hoc est em̄ illū iuocare: illū in te vocare: qdāmō em̄ in domū cordis tui iuitare. Nō aut auderes tm̄ patrēfamilias iuitare: nisi nosses ci habitaculū pparare. Si em̄ tibi dicat de': **ecce iuocasti me venio ad te: q̄ intrabo: Tātas sordes psciētie tue sustinebo: Si seruu meū in domū tuā iuitares: nōne p̄ eam mūdare curares: Inuocas me i cor tuū: z plenū est rapinis. Quo iuocat de' plenū ē blasphemijs: plenū ē adulterijs: plenū ē ira z fraudib': plenū ē mal' p̄cupiscētijs: z insup plenū est iuidia z iuocas me: Be talib' deniq; qd̄ ait alio loco ps. **Beū nō inuocauerūt. Et vtiq; iuocauerūt: nec tūc inuocauerūt. Breuiter dico: qm̄ nata est q̄stio vt tātā mercedē exigat hō allegās vnū meritū: dicēdo: qz iuocauit te. Cū videam' a tā mult' mal' iuocari deū nata ē questio: vñ n̄ trāseūdū ē. Bico q̄ breuif' hōi auaro: **Inuocas deū: Quare iuocas deū: Ut det tibi lucy. Lucy q̄ iuocas nō deū: qz h̄ lucy qd̄ p̄cupiscit: nō potes h̄re p seruu tuū: nō potes h̄re p colonū tuū: p clientem tuū: p amicū tuū: p satellitē tuū: iuocas deū: ministrū lucri tui facis deū. Uiluit tibi deus. Uis iuocare deū: **Gratis inuoca: Quare an parū est tibi si te impleat ip̄e de': Deus si ad te veniat sine auro z argēto: nō vis illū: Quid q̄ tibi d̄ his: q̄ fec' de' sufficit: cui de' ip̄e nō sufficit: Ad merito q̄ rogat iste: nō p̄fundar qm̄ iuocauit te. Inuocate dñm fr̄es si nō vultis pfundi. Cōfusiōnē em̄ quādam timet iste: de q̄ in supiorib' psalmi locut' ē: **In te dñe sp̄aui nō pfundar in eternū. Nā vt sciatis qz istā pfusiōnē timet: quid addidit cū dixisset: nō pfundar i eternū: qm̄ inuocauit te: **Erybescāt impij z deducāt in infernū. Cōfusiōnē vtiq; illā inefnū. Aduta' efficiātur labia dolosa.**************

Que loquit' aduersus iustu iniquitate: in supbia z p̄temptu. Iustus iste chustus est: **Adulta labia loquit' aduersus eū iniquitatē in supbia z p̄temptu. Quare in supbia z p̄temptu: Quia p̄temptibilis supbis apparuit: qui tā humilis venit. Nō vis vt cōtemnat ab eis q̄ honores**

Character filia
sancti Hieronimi
in uerba lege

videtur
delegare
inuenitur

Alentium
vultus
p̄tentu

Amorū
inuenit

Zilia lra.
fiant.

Zilia lra.
fiant.

Alentium
vultus
p̄tentu
Amorū
inuenit
Zilia lra.
fiant.
Zilia lra.
fiant.

amāt: ille q̄ tātas ptumelias accepit: Non
 vis vt cōtemnat ab his qui p magno ha-
 bent istam vitam: ille qui mortu⁹ est: Non
 vis vt ptēnat ab eis qui quasi damnatio-
 nis mortē turpē putāt: ille qui crucifix⁹ est:
 Nō vis vt ptēnat a diuinit⁹: ille q̄ paup
 em vitā gessit i mūdo cū eēt creator mūdi:
 Dia ista q̄ amāt hoīes: qz noluit illa habe
 re chris⁹: vt nō bñdo ostenderet ptēmen-
 da: nō qz in potestate nō habuit possiden-
 da: oēs q̄ amant hec ptēnunt illū. Et q̄cū-
 qz voluerit seruoꝝ ei⁹ sequi vestigia ei⁹: vt
 ambulet ⁊ ipe in ea humilitate in qua didi-
 cit ambulasse dñm suū: ptēnit in chris-
 to quasi mēbrū chris-⁹: ⁊ cū caput ⁊ mēbra cō-
 tēnunt: tot⁹ ipe chris⁹ ptēnit: qz totus ipse
 iust⁹ est caput ⁊ corp⁹. Et necesse est vt ptē-
 nat tot⁹ ipse chris⁹ a supbis ⁊ impijs vt si-
 at illis qd̄ dī: Muta efficiant labia dolo-
 sa q̄ loquunt aduersus iustū iniquitatē in su-
 perbia ⁊ cōtemptu. Qñ efficiunt muta la-
 bia ista: In b̄ seculo nūq̄. Quotidie cla-
 mātr ptra chris-⁹ianos maxie humiles: quo-
 tidie blasphemāt: quotidie latrāt: augent
 linguis suis penas: q̄b⁹ apud inferos siti-
 ant: ⁊ aque stillā sine cā desiderēt. Nō ergo
 nūc muta efficiūt labia istoz. S; qñ: Qñ
 traducēt eos ex aduerso iniquitates eoz: sic
 dicūt in libro sapiētie: Tūc stabunt iusti in
 magna pstantia aduersus eos q̄ se angustia-
 uerūt. Tūc dicēt illi: Hi sunt q̄s aliqñ ha-
 buim⁹ in risu ⁊ in similitudine improperij.
 Quō cōputati sūt inter filios dei: ⁊ infan-
 ctos fors illoꝝ est. Nos insensati: vitā illo-
 rū estimabam⁹ insaniā. Tūc efficiūt labia
 muta eoz q̄ loquūt aduersus iustū iniquitatē
 i supbia ⁊ ptemptu. Nō em̄ dicūt nobis:
 Ubi est de⁹ vester: Quid colitis: Quid vi-
 detis: Creditis ⁊ laboratis: certū est qd̄ la-
 boratis: incertū est qd̄ speratis. Qñ vene-
 rit certū qd̄ speram⁹: muta efficiunt labia
 dolosa. Proinde vide qd̄ seq̄t: qz muta ef-
 ficiūt labia dolosa q̄ loquunt aduersus iu-
 stū iniquitatē in supbia ⁊ ptemptu. Atten-
 dit iste qui sic gemit: videt bona dei intus
 in spiritu dei: videt hec bona q̄ in occulto
 vident: sed ab ip̄s nō vident. Videt eos
 ppterea loqui aduersus iustū iniquitates in
 supbia ⁊ ptemptu: qz bona h̄ seculi vide-
 re norūt: bona aut̄ futuri seclī nec cogitare
 sciūt. Sed vt cōmendaret ip̄a bona futuri
 seclī hoīb⁹ q̄s iubet tolerare: nō amare p̄fē-
 tia: exclamauit ⁊ addidit. **Q̄ multa
 multitudo dulcedinis tue domine.**

Alia lra.
t q̄ magna.

Hic hō impi⁹ si dicat: vbi est ista multitudo
 dulcedinis: rñdebo. Quō tibi ostēdā mul-
 tudinē h̄ dulcedinis: qz palatū de febre
 iniquitatis pdidisti. Mel si nō nosset q̄ bñ
 saperet: nō clamares nisi gustasses: palatū
 cordis nō habes ad b̄ bona gustāda: quid
 tibi faciā: Quō ostēdā: Nō est cui dicā:
 Gustate ⁊ videte qm̄ suavis est dñs. Q̄
 multa multitudo dulcedinis tue dñe. Quā
 abscondisti timētibus te. Quid est ab-
 scōdisti illis: Seruasti illis non negasti: vt
 soli ad eā pueniāt. Bonū est em̄ qd̄ iustis
 ⁊ impijs nō pōt eē cōe: vt timēdo pueniāt.
 Q̄ diu em̄ adhuc timēt: nōdū ⁊ ip̄i puene-
 rūt: s; credūt se puenturos: ⁊ a timore icipi-
 unt. Nihil em̄ dulci⁹ ē immortalitate sapie: s;
 iutiū sapie timor dñi. Quā abscondisti timēti-
 b⁹ te. **Perfecisti aut̄ sperantib⁹ in
 te: in conspectu filioꝝ hominū. Nō
 pfecisti in p̄spectu filioꝝ hoīm: s; sperantib⁹
 in te: in p̄spectu filioꝝ hoīm: id est eis pfeci-
 sti dulcedinē tuam: qui sperāt in te: in p̄spe-
 ctu filioꝝ hoīm: Quō dic dñs: Qui me ne-
 gauert corā hoīb⁹: negabo ⁊ ego illū corā
 patre meo. Ergo si speras in dño corā ho-
 minib⁹: spera ne forte abscondas ip̄az spem
 tuā in corde tuo ⁊ timeas p̄fiteri cuz tibi p
 crimine obijciat: qz chris-⁹ian⁹ es. Cui aut̄
 mō obijciat: qz chris-⁹ian⁹ est. Tā pauci nō
 chris-⁹iani remāserūt vt eis magis obijciat
 qz chris-⁹iani nō sūt: q̄ ip̄i audeāt aliquib⁹
 obijcerere: qz chris-⁹iani sūt. Tū dico vobis
 fratres mei: incipe q̄cūqz me audis viue-
 re quō chris-⁹ian⁹: ⁊ vide si nō tibi obijciat
 a chris-⁹ianis: sed noie: nō vita: nō morib⁹.
 Nemo sentit nisi q̄ expt⁹ est. Ergo intēde:
 intuere qd̄ audis. Uis viuere vt chris-⁹ia-
 n⁹: Uis seq̄ vestigia dñi tui: Obijciat tibi:
 erubescis ⁊ erubescēdo dimittis: Uis pdi-
 disti: videris tibi corde credidisse ad iusti-
 ciā sed pdidisti: ore p̄fessio fit ad salutē. Si
 q̄ vis ābulare viā dñi: etiā incōspectu ho-
 minū: spera in deū: id est noli erubescere d̄
 spe tua. Quō viuūt i corde tuo: sic habitet
 in ore tuo: qz nō sine causa signū suū chri-
 stus in frōte nobis figi voluit tanq̄s in sede
 pudoris: ne chris-⁹ti opprobrio chris-⁹ianus
 erubescat. Hoc q̄ in cōspectu hoīm si fece-
 ris: si inde corā hoīb⁹ nō erubueris: si in cō-
 spectu filioꝝ hominū nec ore nec factis
 chris-⁹tū negaueris: spera tibi pfici dulcedi-
 nē dei. Quid seq̄t: **Abscondes eos
 in abscondito vultis tui. Qualis ē lo-
 cus iste: Nō dixit abscondes eos i celo tuo:****

Alia lra.
t q̄ sperat.

*Vixit autem p̄fectus p̄fectus
 ip̄i nō dicit qd̄ p̄fectus
 tunc p̄fectus p̄fectus p̄fectus
 p̄fectus p̄fectus p̄fectus p̄fectus
 p̄fectus p̄fectus p̄fectus p̄fectus*

Alia lra.
t faciei tue.

quid hoc dicitur
de pinguetudine

nō dixit: abscondes eos in paradiso: nō dixit:
abscondes eos in sinu abrae. Multis enī sī
delib^o loca futura scōz: in sc̄ptur̄ sanctis
posita sūt. Ulescat totū q̄cqd̄ p̄ter deū ē:
q̄ nos tuet̄ i loco vite hui^o: ip̄e post istā vi-
tā sit loc^o noster: qz̄ r̄ iste ps̄. h̄ ei ait sup̄.
Esto mihi in deū p̄tectorē: r̄ i domū refu-
gij. Ergo erim^o i vltu dei absconditū. Quis
sinus ē i facie dei: a me expectatis audire:
Purgate cor: vt ip̄e illuminet: r̄ quē iuoca-
tis intret. Esto dom^o ei^o r̄ erit dom^o tua: ha-
bitet in te: r̄ tu habitab in eo. Si enī excepe-
ris i h̄ seclō corde tuo: ille p^o h̄ seclm̄ excipi-
et te vultu suo. Abscondes inq̄t eos. Ubi:
In abscondito vult^o tui. A cōturbatiōe
hoīm: Ibi enī nō p̄turbāt cū abscondūt:
In abscondito vult^o tui: nō p̄turbant. Pu-
tas est q̄s̄q̄ ita felix i h̄ mūdo: vt cū ceperit
audire opprobria hoīm: p̄pter qd̄ ch̄risto
seruit: fugiat ad deū corde: r̄icipiat spem
habere in dulcedine ip̄ius: r̄ a p̄turbatiōe
hoīm: a quib^o audit opprobria: intret i vultū
dei cū p̄sciētia sua: Intra plane: s̄ si ha-
beat cū quo intret: id est si non sit onerosa
ip̄a p̄sciētia: si nō illi faciat sarcinā gr̄ades:
ad angustā ianuā: Abscondes q̄ eos in ab-
scōdito vult^o tui a p̄turbatiōe hominum.

Proteges eos i tabernaculo tuo:
a p̄tradictiōe linguaz. Aliqñ absco-
des eos i abscondito vult^o tui: a cōturbati-
one hoīm: vt p̄sus in eis p̄turbatio hūa-
na deinceps esse nō possit. S̄ interim cuz
p̄grinat i h̄ seclō: qz̄ mltas patiūt̄ linguas
p̄dicētes: q̄ tibi seruiūt: qd̄ eis facis: Pro-
teges eos i tabnaculo tuo. Quid ē tabnacu-
lū: Ecclia h̄o t̄pis. Tabernaculū iō dicit:
qz̄ adhuc in hac terra p̄grinat. Taberna-
culū enī habitaculū est militū: i expeditio-
ne positor. Ip̄a dicit̄ tabernacula: Bom^o
nō est tabernaculū. Pugna in expeditiōe
peregrin^o: vt salu^o fact^o i tabernaculo: glo-
riosus recipiat̄ i domū. Erit enī i celo do-
m^o tua et̄na: si mō bñ in h̄ tabernaculo vi-
xeris. Ergo in h̄ tabernaculo p̄teges eos
a p̄dictiōe linguaz. Cōtradictū lingue mul-
te: diuersē hereses: diuersa sc̄ismata perso-
nat: lingue mlte p̄dicūt̄ v̄aci doctrine. Tu
curre ad tabernaculū dei: eccliam catholi-
cam tene: a reglā veritat̄ noli discedere: et
p̄ger̄ i tabernaculo a p̄dictiōe linguaz.

Alia lra.
i munita.

B̄ndict^o dñs: qm̄ mirificauit mi-
sericordiā suā in ciuitate circūstā-
tie. Que est ciuitas circūstātie: In iudea
p̄pls dei erat posit^o: q̄si i medio mūdo: vbi

dicebant laudes deo: ei^o sacrificia offere-
bant: vbi p̄phetia nō cessabat canēdo fu-
tura. q̄ nō videm^o impleri. Iste p̄pls quasi
in medio gentium erat. Attendit p̄pheta
iste: r̄ videt futurā eccliaz dei: in oib^o genti-
b^o. Et qz̄ oēs gētes circū vndiqz̄ erāt q̄ in
medio ponebāt vnā gētē iudeoz: has vn-
diqz̄ circūstātes gētes appellauit ciuitates
circūstātie. Mirificasti quidē dñe miseri-
cordiā tuā in ciuitate hierlm̄: ibi passus est
ch̄rist^o: ibi resurrexit: ibi ascēdit in celū: ibi
multa mirabilia fecē: s̄ maior laus tua ē: qz̄
mirificasti misericordiā tuā in ciuitate cir-
cūstātie: id est in oib^o gētib^o diffudisti mise-
ricordiā tuā. Nec vngentū tuū in illa hier-
usalē: quasi in vase tenuisti: s̄ tāqz̄ p̄ fracto
vase: vngentū p̄ mūdū diffusū est: vt imple-
ret̄ qd̄ dicit̄ i scriptur̄ sc̄tis: Vngentū effu-
sū ē nomē tuū: Et ita mirificasti miseri-
cordiā tuā i ciuitate circūstātie. Ascēdit enim
in celū: sedet a dexterā patris: p^o dcc̄ dies
misit spiritū sc̄m̄: impleti sūt spūs sc̄to discipu-
li: ceperūt p̄dicare magnalia ch̄risti: Lapi-
dati: occisi: fugati sūt: Et cū inde tāqz̄ ex
vno loco fugaret̄: q̄si ligna ardētia igne di-
uio: totā siluā mūdi accēfaz feruore spūs
lumie vitat̄ impleuer̄. Et mirificauit dñs mi-
sericordiā suā i ciuitate circūstātie. Ego
dixi in extasi mea: Recordamī titulū
psalmi: ecce ē illa extasis. Videte qd̄ dicat
Ego dixi inq̄t in extasi mea. Proiect^o sū
a facie oclor̄ tuoz. In pauore meo di-
xi: h̄ est dixi i extasi mea. Vidit se pauentē
in^o nescio q̄ tribulatiōe magna: sicut nō de-
sūt: attēdit cor suū pauidū r̄ trepidū: r̄ ait:
Proiect^o sū a facie oclor̄ tuoz. Si i facie
tua eēm: nō sic timerē: si me attēderes si sic
trepidare. S̄ q̄ dic̄ i alio psalmo: Si dice-
bā mor^o est pes me^o: misericordiā tuā dñe
adiuuabat me: p̄tinuoz h̄ ait: Ideo ex-
audisti dñe vocem orationis mee:
Quia p̄fessus sū: qz̄ dixi p̄iect^o sū a facie
oclor̄ tuoz: qz̄ nō sup̄b^o extiti: s̄ cor meuz
accusauit: r̄ i tribulatiōe mea titubās ad te
exclamaui: exaudisti orōnē meā. Impletū
est q̄ qd̄ cōmēdauit: d̄ illo psalmo. Qd̄ enī
est: Ego dixi in extasi mea p̄iect^o sū a facie
oclor̄ tuoz: h̄ est i illo psalmo. Si dicebā
mor^o ē pes me^o: Et qd̄ ē in illo: misericordiā
tua dñe adiuuabat me: h̄ ē in isto: iō exau-
disti dñe vocē orōis mee. Attēde illud in
Petro. Videt dñm ambulātē in aq̄s: pu-
tat ph̄atasma: exclamat dñs: Ego sūz: no-
lite timere. Cōfidit Petr^o r̄ dic̄: Si tu es:

Alia lra.
i excessu meo
tis mee.

Congrua fides

Alia lra. i excessu meo tis mee.

iube me venire ad te sup aqs. Hinc pbo si tu es: si i vbo tuo potuero qd tu potes. **A**it ille: Veni. Et vbum iubet facta est potestas audiēt. **V**eni inqt. Et descendit: **L**epit ire. **I**bat itrepid' tās i illo sperās. **V**i dēs aūt vētū validū timuit. **E**go dixi i extasi mea: piec' sū a facie octoz tuozū. **E**t cū cepisset mergi clamauit: dñe pereō. **E**t **J**esus porrigēs ei manū leuauit eū dicens: **N**odice fidei qre dubitasti: **B**ixi g i pauore meo piec' sū a facie oculoꝝ tuoz: r tās iā pure icipiētis i mari: exaudisti domine vocē orōis me. **E**xaudisti aūt. **C**um clamare ad te. **C**lamor ad deū: nō ē voce s̄ corde. **N**hī filētes labijs corde clamauerūt: mlti ore strepētes corde auerso nihil ipetrare potuerūt. **S**i g clamas: clama i t' vbi audit de'. **C**ū clamare inqt ad te: exaudisti vocē orōis mee. **I**ā g expt' qd nos hortat: **D**iligite dñm oēs sc̄i ei'. **T**āq̄ diceret. **C**redite mihi: ego sū expt'. **H**abui tribulatioes: iuocau: r nō sū decept': spau i deū: r nō sū pfusus. **C**ogitationes meas illuminauit: trepidationē meā firmavit. **D**iligite dñm oēs sc̄i ei': id est vos diligite dñm: q nō diligitis mūdū: h ē oēs sancti ei'. **N**ā cui dico vt diligat dñm: qui adhuc diligit āphitbeatrū. **C**ui dico vt diligat dñm: q adhuc diligit pāthomimū: q adhuc diligit vinolētiam: q adhuc diligit pōpas seclī r vanitates oēs: r isanias mē dacef. **C**ui dico disce non diligē: vt discas diligere: auertē vt puertaris: funde vt implearis: **D**iligite dñm oēs sc̄i eius. **Q**m veritatē req̄ret dñs. **N**ostis qz mō mlti malefici vident: nostis qz mō i suis vanitātib' extollūt: veritatē req̄ret dñs. **E**t retribuet his q abūdāter faciūt supbiā. **F**erte donec efferatis: tolerate donec careat: necē ē em̄ vt dñs v̄itatē req̄rēs: retribuat his q abūdāt faciūt supbiā. **I**ā dicitur es. **Q**m retribuet: qm̄ vult qz r̄tribuet. **C**ert' sis d' f̄tributiōe: si dubites de tpe: ne audeas deo donare pfiliū. **P**rozsus v̄itatē req̄ret: r r̄tribuet his q abūdant faciūt supbiā. **A**liqb' r h' r̄tribuet: r vidim' r didicim': qz retribuit. **E**tenī qm̄ hūiliāt: q deū timēt si forte i aliq' dignitate h' seclī refulserāt: hūiliati si ceciderūt: qz deū de corde nō excluderāt: altitudo ipoz de' est. **H**umiliatus videbat Job pdita substātia sua: pditis filiis suis: pdit' q seruabat: pditis qb' seruabat: remāsit sine hereditate: r qd ē trisus sine herede. **R**emāsit ad solā vxorē:

nō suā solatricē: s̄ diaboli pot' adiutricē. **H**umiliat' videbat: vide si miser fact' est: vide si nō erat in abscondito vult' dei. **M**odus ait exi de vtero m̄ris mee: nud' reuertar in trā. **D**ñs dedit: dñs abstulit: sic dño placuit: ita factū est: **S**it nomē dñi benedictū **I**ste gemie laudes dei vñ sūt: **V**idete foris paugem: int' diuitē. **I**ste gemine laudes dei nō exirēt de ei' ore: nisi thezauros haberet i corde. **Q**ui diuites eē vultis tales diuitias p̄cupiscite: q̄s nec i naufragio potestis amittere. **E**rgo tales qm̄ humilāt: nolite eos putare miseros. **E**rat: nescientes qd int' habeāt. **E**x vob conijctis q mūdū diligitis: qz vos cū talia pdit' miseri remanēt. **P**rozsus nolite h' putare: h̄sit int' q gaudeat. **I**nterior ē dñator ipoz: interior est pastor r solator ipoz. **I**pi sūt q male cadūt: q spē suā in h' seclō ponūt. **A**ufer tur qd nitebat foris: nihil remanet int' nisi fum' male p̄sciētie. **V**ñ se solent nō h̄nt: nō h̄nt q foras creāt: n̄ h̄nt q intro redeāt: deserti pōpa seclari: manes grā spūali vere humiliant. **E**t mlti fac de' ista i isto tpe: s̄ nō oib'. **S**i enī nemi faceret q̄si nō videret vigilare diuina p̄uidētia: si oib' faceret nō seruaret diuina patiētia. **T**u tñ christiane tolerare didicisti: nō vindictā retribuere. **V**indicari vis christiane: nōdū vindicā' est christ'. **A**n tu passus es iprobū: et ille nō passus est: **N**ōne por p te passus ē: q nō habebat qre pateret: **N**ā in te tribulatio fornar aurifical est: si tñ aux sis r non palea: vt sordib' careas: nō in cinerē puertaris. **D**iligite dñm oēs sc̄i ei': qm̄ v̄itatē req̄ret dñs: r retribuet his q abūdāter faciunt supbiā. **S**z qm̄ retribuet. **S**i mō retribueret: mō eos volebā videre humiliatos atq̄ p̄stratos. **A**udite qd seq̄t. **V**iriliter agite. **N**olite laxas man' in tribulationib' dimitte: n̄ nutēt genua vestra. **V**iriliter agite. **E**t p̄fortet cor v̄m. **A**d p̄penēda r tolerāda oia mala h' seclī p̄fortetur cor v̄m. **S**z q sūt qb' h' dic' p̄pheta: viriliter agite: r p̄fortet cor v̄m: **N**ūqd his q diligit mūdū: **N**on. **S**z qb' dic': audite: **O**ēs q speratis in dño.

ExPLICIT Tractat' de ps. xxx
INCIPIT Tractat' de ps. xxxi
 Prefatio.

Psalm' gra dei iustificationi n̄se nullis p̄cedētib' meritis n̄ris: s̄ p̄uemente nos misericordia dñi dei n̄ri cōmēdat': maxie ore Apostolico: sic p̄cedēs hūc psal
 b 4

habet sunt meritorios

Alia fa. t Dum.

Alia fa. t facit.

mū lectio nobis intimauit: a nra tenuitate suscept^o ē: cū vestra caritate tractād^o: Cū primū infirmitatē meaz orationib^o vestris cōmēdo: Sic dic^o Ap^ls: vt def^o mibi sermo in aptione oris mei: sic loq^o vobis: quē admodum z mibi dicere piculosum nō sit: et vobis audire salutare sit. Anceps enī animus hūan^o: z fluctuās inf^o p^oessionē infirmitatis: z audaciā p^osumptiōis: plerūq^o hīc atq^o inde cōtundit: z ita ipellit: vt ei i quā libet ptē cadere p^ocipitiū sit: Si enī se infirmitati pprie omni ex pte donauerit: z in hāc cogitationē se iclinauerit vt dicat: qz misericordia dei oib^o pctōrib^o: in qbuslibet peccatis pseueratib^o tm̄ credētib^o: qz de^o liberat: de^o ignoscit: ita pata est in finē: vt nemo pereat fidelium iniquorum: id est nemo peat eoz q^o sibi dicūt: qd vis faciā qbuslibet facinorib^o: z flagitijs inqner: qntūlibz peccē: liberat me de^o misericordia sua: qā credidi i eū. Qui enī dic^o neminē p^oire talis cogitatione mala inclinā in impunitatez pctōz: z de^o ille iust^o cui cantat: misericordia z iudiciū dei: nō sola misericordia: s^o et iudiciū iuenit hoīez male de se p^osumētē: z ad interitum suum: misericordia dei abutentē: z necē est: vt dānef. Talis itaqz cogitatio p^ocapitat hoīez: qua quisqz fret^o: si se i audaciā qndā p^osumptiōis erexit: z de suis viribus iusticiaz p^osumpsit: z pposuerit aīo implere iusticiā: z oīa q^o p^ocipiunt in lege ita facere: vt i nllō offendat: atqz in potestate sua se habere vitā suā: vt oīno nūq^o labat: nūq^o deficiat: nūq^o titubet: nūq^o caliget: sibiqz b^o tribuat: z ptati volūtati sue: etiā si forte ipluerit oīa q^o iusta vidēt corā oculis hoīm: ita vt nihil iueniat in vita ei^o: qd possit rep^ohēdi ab hoīb^o: ipam p^osumptionē iactationēqz supbie dānat deus. Quid igit^o fit: si se hō iustificauerit: et de iusticia sua p^osumpsit: Cadit. Si cōsiderās z cogitās infirmitatē suā: z p^osumēs de misericordia dei: neglexerit vitā suā mū dare a pctis suis: z se omni gurgite flagitiorū demersit: z ipe cadit. Presumptio de iusticia: quasi dextera est. cogitatio impunitatis pctōz: qsi sinistra est. Audiam^o vocē dei dicētē nobis: Ne declines in dexterā aut sinistrā: ne p^osumas ad regnū de iusticia tua: ne p^osumas ad peccādū d^o misericordia dei. Ab vtroqz te reuocat p^oceptuz diuinū: z ab illa altitudine: z ab ista p^ofunditate. Illuc si ascēderis p^ocapitaberis: hac si lapsus fueris demergeris. Ne inqt^o decli

nes in dexterā: aut sinistrā. Itēz dico qd breuif^o fixo aīo teneas: ne p^osumas ad regnū de iusticia tua: ne p^osumas ad peccādū d^o misericordia dei. Rūdebis. Quid ergo faciā: Psalm^o iste docet nos: quo p^olecto atqz tractato: arbitroz adiuuāte misericordia dñi: visuros nos viā: vel vbiā ambulem^o: vel quā tenere debeam^o. Unus quisqz p^o modulo suo audiat: z sic sibi conscius fuerit: ita vel doleat corrigēdus: vel gaudeat approbād^o. Si se deuiasse inuenit: redeat vt in via ambulet: Si se i via iuenit ambulet vt pueniat. Nemo sit superbus extra viā: nemo piger in via. Hūc autē psalmū ad eā grāz p^otinere: qua christiani sum^o: testat^o est Ap^ls Paul^o. Cū ipaz lectionē vobis legi volumus. Hoc dixit Ap^ls cū cōmēdaret iusticiā q^o ex fide ē: aduersus eos qui gloriānt de iusticia q^o est ex opibus: hoc ait: Quid ergo dicim^o inuenisse Abraā patrez nrm scdm carnem: Si enī Abraā ex operib^o iustificat^o est: habet gloriā: sed ad nō deū. Auertat ipe deus a nob talē gloriā: z illd^o poti^o audiam^o. Qui gloriānt in dño gloriēf. Multi enī gloriānt de opibus: z iuenis multos paganos propterea nolle fieri christianos: qz qsi sufficiunt sibi bona: de vita sua. Bene viuere opus est ait. Quid mibi p^oceptur^o est christ^o: vt bñ viuā: Jam bñ viuō: qd mibi necessari^o est christ^o: Nullū homicidiū: nullū furtū: nullā rapinā facio. res alienas non cōcupisco: nullo adulterio ptaminor. Nā inueniat in vita mea aliqd qd rep^ohēdat: z qui rep^ohēderit faciat christianū. Habet gloriā: sed nō ad deū. Nō aut sic pater noster Abraā. Hec aut snia apostoli: ad hoc vult itentionē nraz dirigere. Quia enī fate mur z ipa est fides nra de scō patriarcha: qui placuit deo: vt dicam^o eū: z nouerim^o ad deū habere gloriā: ait Ap^ls. Certe notū est nobis z manifestū: qm̄ Abraam ad deū habet gloriā. At si ex opib^o iustificat^o est Abraā: habet gloriā: sed nō ad deū. Ad deū aut habz gloriā: nō ergo ex opib^o iustificatus est: Si aut nō ex opib^o iustificat^o ē Abraā. vñ iustificat^o est: Seq^o z dic^o vñ. Quid ei scptura dic^o: id ē vñ dic^o scptura iustificatū Abraā: Credidit at Abraaz deo: z reputatū est illi ad iusticiā. Ergo ex fide iustificat^o est Abraā. Jam qui audie nō ex opib^o: sed ex fide: obseruet illā vozā ginē: de qua locut^o suz. Tides ergo: qz ex fide nō ex opib^o iustificat^o est Abraā. Sz

cū ergo quicquid volo: quia et si bona opera non
 habuero: et tamen credidero in deum: deputabi-
 tur mihi ad iusticiam. Si dixit et decreuit: la-
 psus dimersus est: si adhuc cogitat et fluctu-
 at: piclitas. Scriptura auit dei veritas quae intelle-
 et: non solum piclitate a piclo liberat: sed et di-
 mersu a pseudo eleuat. Rūdeo igitur tamquam con-
 tra apostolum: et dico de ipso Abraam. quod iuenim⁹
 etiā in epla alteri⁹ Apli: qui volebat corri-
 gere hoies: quod male intellexerat istū aplm. Ja-
 cob⁹ etiā in epla sua: dicit eos quod nolebāt bene
 operari d sola fide: presumētēs ipsi⁹ Abrae opa
 comedauit: cui⁹ Paul⁹ fidē: et nō sunt sibi
 aduersi apli. Sic autē op⁹ oib⁹ notū: Abra-
 am filiū suū imolādū deo obtulit. Ma-
 gnū op⁹: s ex fide. Laudo supedificatiōē
 opis: s video fidei fundamētū. Laudo fru-
 ctū boni opis: s i fide agnosco radicē. Si
 etiā s pter fidē rectā faceret Abraam: nihil
 illi pdesset quicquid illud op⁹ eēt: Rursum
 si sic tenēt fidē Abraam: vt cū ei de⁹ impera-
 ret offerre sibi imolādū filiū suū: diceret
 apud semetipm: nō facio: et tamen credo: quia me
 etiā ptenentē iussa sua liberat de⁹. Fides si-
 ne opib⁹ mortua esset: et tamquam radix sine fru-
 ctu sterilis atq; arida remaneret. Quid igitur
 debem⁹ nlla opa pponere fidei: id est vt
 an fidē quāsdicā: bñ opat⁹. Ea enī ipa ope-
 ra quae dicūt an fidē: quibus videāt hoib⁹ lau-
 dabilia: iamā sūt. Ita mihi videntur eē: vt
 magne vires et cursus celerrim⁹ pter vias.
 Nemo igitur cōputet bona opera sua an fidem:
 vbi fides nō erat: bonū op⁹ nō erat. Bo-
 nū enī op⁹ itēno fac: intētiōē fides dirigit.
 Nō valde attēdas quod hō faciat: s quod cum
 fac aspiciat: quod lacertos optie gubernatiōis
 dirigat. Fac enī hoīem optie gubnare na-
 uim: et pdidisse quod tendit: quod valet quia antē-
 nā optie tenet: optie mouet: dat prozā flu-
 ctib⁹: cauēt ne latera infligant: tātis est viri-
 bus: vt detorqueat nauim quo velit: atq;
 vñ velit: et dicat ei vsq; quae is: et dicat nescio:
 aut nō dicat nescio: s dicat ad illū portum
 eo: nec ducat i portū: s i saxa festinet: Nō-
 ne iste qnto sibi videt i nauī gubnāda agi-
 lior et efficacior: tāto piculosi⁹ eā sic guber-
 nat vt ad naufragiū pperādo pducatur: La-
 lis est et quod optie currit pter viā: Nōne ergo
 erat meli⁹ et tolerabili⁹: vt eēt gubernator il-
 le aliquāto iualidior: vt cū labore et aliqua
 difficultate gubernacula fgeret: et tamen rectū
 debitūq; cursū teneret: rursumq; ille pign⁹
 etiā et ibecilli⁹ tamen viam ābularet: q; pter vi-
 am fortiter curreret: Optim⁹ igitur ille qui et vi-

am tenet et bñ ibi ambulat. Sequētis autē
 spei: quod et si aliquātulū claudicat: nō oīno vt
 erret aut remaneat: sed pgradiat⁹: et si pau-
 latim. Fortasse bene sperandū est euz quo
 tendit etiam tardius perueturū. Ergo fra-
 tres ex fide iustificat⁹ est Abraam: sed si si-
 dem opera non precesserunt: tamen secuta
 sunt. Nūquid enim fides tua sterilis erit?
 Si sterilis non es: sterilis non est ipsa. Ali-
 quid mali credidisti: et igne malicie tue ra-
 dicem tue fidei concremasti. Tene ergo si-
 dem operaturus. Sed dicis: Non hoc ait
 Apl⁹ Paulus: imo hoc ait Paulus Apo-
 stol⁹: Fides inquit: que per dilectionē ope-
 ratur. et alio loco: Plenitudo enī legis ca-
 ritas. et alio. Omnis enī lex in vno sermo-
 ne impletur: eo quod scriptū est: Diliges p-
 ximum tuum tamquam te ipsum. Et si non
 vult te operari qui dicit: Non adultera-
 bis: nō homicidiū facies: non concupisces:
 et si quod est aliud mandatū in hoc sermo-
 ne recapitulat: Diliges pximū tuū tamquam
 te ipsum. Dilectio pximi malū nō operat⁹:
 plenitudo autē legis: caritas. Nunquid ca-
 ritas pmittit aliquid malū te facere: ei quē
 diligis: s forte tantūmodo malū nihil fa-
 cis: nō etiā aliquid bonū. Ergo nec caritas
 permittit te non p̄stare quicquid potes ei
 quem diligis. Nōne illa est caritas quae orat
 etiā p inimicis: Ergo deserit amicū: qui be-
 ne optat inimico. Itaq; si fides sine dile-
 ctione sit: sine ope erit. Ne autē multa cogi-
 tes de ope fidei: adde illi spem et dilectio-
 nem: et noli cogitare quid opereris. Ipsa di-
 lectio vacare nō potest. Quid enī de quo
 quod hoīe: etiam male operatur: nisi amor?
 Da mihi vacantē amorē et nihil opantes.
 Flagitia: adulteria: facioza: homicidia: lu-
 xurias oēs: nōne amor operat⁹? Purga er-
 go amorē tuū: aquā fluentē in cloacam cō-
 uerte ad ortū. Quales impetus habebas
 ad mūdū: tales habebas ad artificē mūdi.
 Nō vob⁹ dicit: nihil amet. Absit. Pignri: mor-
 tui: detestādi: miseri eritis: si nihil ametis.
 Amate: s quod amet⁹ videte. Amor dicitur: amor
 pximi caritas dicitur: Amor mūdi: amor h⁹
 seculi cupiditas dicitur. Cupiditas refrene-
 tur: caritas excitet. Ipsa enim caritas be-
 ne operantis: dat ei spem bone cōscientie:
 spem enī gerit bona conscientia. Quomō-
 do mala conscientia tota in desperatione est:
 sic bona conscientia tota in spe: Et erūt tria b⁹
 d quib⁹ dixit Apl⁹: Fides: spes: caritas. et
 alio loco ipa tria. S; p s; bonā p̄sciaz po-

fuit. Finis enim precepti est: dixit. Quid est finis precepti? Quo proficiunt precepta: non quod presumunt. Alii enim dicunt: finis est cibus: alii dicunt: finita est tunica: que texebat. Finis ut perfecta sit. Et huius finis dicitur: et ibi. Non est huius finem precepti dixit: quod quasi pereant precepta: sed quod proficiantur: et presumunt: non consumant. Finis ergo propter tria illa: finis inquit precepti est caritas de corde puro et scientia bona: et fide non ficta. Pro spe scientiam posuit. Ille enim sperat quod bona scientiam gerit. Que vero pugnat mala scientia retrahit se a spe: et non sibi sperat nisi donationem. Ut ergo speret regnum: habeat bona scientiam: et ut habeat bona scientiam credat et opere: quod creditur fidei est: quod operatur caritatem est: Illo ergo loco a fide cepit Apostolus. Fides: spes: caritas. Alio loco ab ipsa caritate cepit: Caritas de corde puro: et scientia bona: et fide non ficta. Ad nos a medio cepimus ab ipsa conscientia et spe. Qui vult in se habere bona spem: habeat bona scientiam: Ut autem habeat bona scientiam credat et opere. A medio inquit ad initium et finem: credat et opere. Quod credat fidei est: quod operatur caritatis est: Quod ergo dicit Apostolus iustificari hominem: sine operibus ex fide: cum alio loco dicat: fides quod per dilectionem operatur. Non ergo Jacobum Apostolum Paulum: sed ipsum Paulum ipsum Paulo opponam: et dicam: et: Hac nos quodammodo permittis impune peccare: cum dicit. Creditur Abraham deo: et reputatum est illi ad iusticiam: arbitramur iustificari homines per fidem sine operibus. Sed ad hoc dicit. Fides quod per dilectionem operatur: quod hac quasi securus fides: si operatur non fuero. Hac autem nec spem: nec ipsam fidem video: habere bona: nisi operatur fuero per dilectionem. Te ipsum audi o Apostole. Certe fides mihi hic sine operibus vis commendare: operatur autem fidei dilectio est: quod dilectio vacare non potest: nisi et mali nihil opere: et quod quod potest boni opere. Quid enim fac dilectio? Declina a malo et fac bonum. Hac ergo fides sine operibus commendat: et alio loco dicit. Et fidem habeam: ita ut motes transferam: caritatem autem non habeam: nihil mihi prodest. Ergo si nihil prodest fides sine caritate: caritas autem ubi fuerit necesse est ut opere: fides ipsa per dilectionem operatur. Quod ergo iustificabitur homo: per fidem sine operibus? Consideret ipse Apostolus. Propterea tibi dixi o homo: ne quasi de operibus tuis presumere videreris: et merito operum tuorum accipisse fidei gratiam. Noli ergo presumere de operibus autem fide: floueris: quod peccatorem te fides inuenit: et si te fides data fecerit iustum: impius inuenit quem faceret iustum. Credenti inquit in eum qui iusti-

ficat impius: deputat fides eius ad iusticiam. Si iustificat impius: ex ipso fit iustus: si ex impius iustus fit: quod sunt opera impiorum? Faciat iam impius opera sua et dicat: Deo pauperibus: nihil alicui aufero: non uxorem alienam concupisco: non quemquam occido: nulli fraudez facio: de positum apud me nullo teste represento. Hec omnia dicat: Quero utrum pius sit an impius? Et quod sum impius: inquit: ista facies? Quod illi de quibus dicitur est: Et fuerit creature potentis creator: quod est benedictus in secula. Quod non es impius? Quid si de his omnibus bonis operibus: aut illud speras quod sperandum est: si non ab illo a quo sperandum est: aut si speras quod sperandum non est: etiam ab illo a quo eterna vita speranda est: Pro bonis operibus sperasti eternam quandam felicitatem impius es: non est ista merces fidei. Cara res est fides: vili illa addidisti. Impius ergo es: et ista sunt ista opera tua. Adhuc as licet in bonis operibus lacertos: et videaris nauim optime gubernare: i sara festinas. Quid si quod sperandum est speras: id est vitam eternam: sed non a domino deo per Iesum christum: per quem solum datur vita eterna: sed putas te ad vitam eternam posse peruenire per miliciam celi: per solem et lunam: per portus aeris: et maris: et fre: et siderum: impius es: Sed crede in eum qui iustificat impius: ut possint et bona opera tua esse opera bona. Nam nec bona illa appellauerim: quod diu non de radice bona procedunt. Quid est hoc? Aut vitam temporalem ab eterno deo speras? Aut vitam eternam a demonibus speras? In quolibet parte impius es: corrige fidem: dirige fidem. dirige viam: et si habes bonos pedes ambula iam securus: curre viam tenes: quanto melius cucurreris tanto facilius peruenies. Sed forte claudicas aliquantum: saltet a via noli recedere: et si tardus peruenitur es: noli remanere: noli retro peruenire: noli deuiare: Quid ergo? Qui sunt beati? Non in quibus non inuenit deus peccatum. Nam in omnibus inuenit. Omnes enim peccauerunt: et egent gloria dei. Si ergo in omnibus peccata inueniunt: remanet ut non sint beati: nisi quod remissa sunt peccata. Hoc ergo Apostolus sic commendauit. Creditur Abraham deo: et reputatum est ei ad iusticiam. Et autem qui operatur: id est de operibus presumit: et eorum merito sibi dicitur datur esse gratiam fidei: merces non imputat secundum gratiam: sed secundum debitum. Quid est hoc: nisi quod merces nostra gratia vocatur. Si gratia est: gratia datur. Quid est gratis datur? Gratis constat: nihil boni fecisti: et datur tibi remissio peccatorum. Attenduntur opera tua:

Non per deum. Anale. quoniam.

Gratis iustificatur proclator sine merito respectu.

et iueniunt oia mala. Si qd debet istis opib' de' redderet: vtique danaret. Stipendiu enim pcti mors. Ad al' opib' qd debet: nisi damnatio: Bonis qd debet: Regnum celo- ru. Tu aut i mal' opib' iuent' es: si reddat tibi qd debet punied' es. Quid ergo fit? No tibi de' reddit debitā penā: s' donat i- debitā grām. Bebebat vindictā: dat idul- gentiā. Incipis q' ee in fide p idulgentiam. Iā fides illa assumpta spe r dilectione icipit bñ opari: S; nec tunc gloriaris r ex tollas te. Admēto a q' i via posu' sis. Admēto qz r sanis pedib' r velocibus errabas. Admēto q: r si lāguebas: r in via semiuu'ia- cebas: leuat' es i iumentū: r pduc' i stabu- lū: Et aut iquit q' opaf merces non iputat scdm grām: s' scdm debitū. Si vis esse alie n' a grā: iacta merita tua. Ille autēz videt qd sit in te: r nouit qd cui debeat. Et vō q' nō opaf qd: Ecce pone aliquē impiū pec- catorē: non opaf: quid autē credit: Credi- dit aut in eū q' iustificat ipiū. Ex eo em qz nō opaf bñ: impi' est. Et si bōa videat fa- cere: tñ qz sine fide: nec bona vocāda sūt. Credidit aut i eū q' iustificat ipiū: deputa- tur fides ei' ad iusticiā: sicut r Baud dicit: beatitudinē hoīs: cui de' accepto fert iusti- ciā sine opib'. Iusticiā quā: fidei: quā bo- na opa nō pcellerunt: quā bona opa pfe- quūt. Intēdite q' vos: alioqn male itelligē- do pñcitis vos i illā voraginē ipune pec- cādi: r ego liber sū: sic ipe apls ab oib' ma- le itelligētib' liber fuit. Libēter em male in- tellerūt: ne bona opa sequerent: Nolite esse de nūero talīū frēs. Bicit in qdā psal- mo: de qdā hoīe talī: id ē de tali genere: qñ de vno: Noluit inqt itelligē vt bñ ageret. Nō dictū est: nō potuit itelligē. Vos ergo optet vt velitis itelligere vt bñ agat. In- tellect' em vob' nō deerit manifest'. Quis est manifest' intellect'?: Nemo iacet bona opa sua an fidē: nemo sit piger i bonis opi- bus accepta fide. Dat de' q' indulgentiam oib' impijs: r eos iustificat ex fide.

Titulus psalmi est: **Ipsi Baud intelligentia.**

Ipsi Baud intelligentia: q' intelligit nō meritis opum: s' grā dei hoīem li- berari: pñtentē peccata sua.

Expositio prima psalmi.

Beatī quoz remisse sūt iniq- tates: et quoz tecta sūt pec- cata. Et quoz pctā i obliuionez ducta sūt. **Bea' vir cui nō impu-**

tauit dñs pctm: nec est in ore eius dolus. Nec in ore suo habet ostētatōnē iusticie: cū psciētia ei' peccatis plena est.

Quoniā tacui iueterauerūt ossa mea: Qm nō ptuli ore p̄fessionē ad salu- tē: oīs firmitas mea in infirmitate p̄sentit.

Aclamādo me tota die. Cum eē in impi' atqz blasphem': clamādo cōtra deū quasi defendens: r āccusās peccata mea.

Qm die ac nocte grauata est su- per me man' tua: Qm p̄tinua afflictō- ne flagelloz tuoz. **C**ouersus sum in eruna mea dū p̄figeret spina.

Ad ser fact' sū cognoscēdo miserā meā: cōpū- ctus mala p̄sciētia. **P**eccatū meū cognoui: r iusticiā meā nō ope- rui: Id est iniusticiā meā non occultauī.

Dixi p̄nūciabo aduersū me iu- sticias meas dño: Dixi: p̄nūciabo: nō aduersū deū: sicut in clamore impieta- tis qñ tacui: s' aduersū me iusticiā meā do- mino. **E**t tu remisisti impietate' cor- dis mei. **A**udiēs vocē p̄fessionis i corde aūqz voce p̄ferret. **P**ro hac orabit ad te oīs sanct' in tpe optuno. **P**ro hac impietate cordis: ad te orabit oīs san- ctus: Nō em meritis suis: sed opportuni- tate temporis: hoc est: in aduētū ei': q' nos a peccatis redemit. **V**erūtame i di- luuio aquaz multaz: ad eum non appropinquabit. **V**erūtame nemo arbitret cū repēte finis venerit: sicut i die- bus Noe: remanē cōfessionis locū: p quā p̄- pinqat ad deū. **T**u mibi es refugiu a p̄ssura que circūdedit me: Tu es refugium a p̄ssura pctoz: que circūdedit cor meū. **E**xultatio mea redime me: a circūdantib' me. **I**n te mibi est gau- dium: redime me ab ea tristitia: quam mi- hi pctā mea faciūt. **I**n intellectū dabo sibi: r statuā in via hac qua gradi- eris: **I**n intellectū dabo tibi post p̄fessionē vt nō recedas a via qua ingredieris: ne tue potestatis esse velis. **O**bfirmabo sup te oculos meos. **I**ta sup te faciā firmā dilectionē meam. **N**olite esse sicut equ' et mul': quibus non est intel- lectus. **N**ō se regere volūt. **I**n freno et chamo matillas eoz cōstringet: Ergo fac illis deus: qd sit equo r mulo: vt penis eos cogas ferre regimen tuū. **Q**ui nō p̄pinquāt ad te. **A**dultū flagella- tur: q' nō p̄fites deo pctā sua: seipm sibi re- atorē esse vult. **A**dulta flagella pec-

Alia lra. t dū clamare.

Alia lra. t cōfigit.

potius fidelem deum a fideli homine. Fidelis homo est credens promittenti deo: fidelis deus est exhibens quod p- misit homini. Teneamus fidelissimū de- bitorē: quia tenem⁹ misericordissimū pmissorem. Neq̄ enim aliquid ei com- modauimus: aut mutuum cōmendau- mus vt teneam⁹ eū debitorē: cum ab illo habeamus quicquid illi offerimus: et ex illo sit quicquid boni sum⁹: Omnia bo- na quibus gaudemus ab illo sūt. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit: aut quis prior de- dit ei et retribuet illi? Quoniā ab ipso et p ipsum: et in ipso sunt omnia. Ergo non ei aliquid dedimus: et tenemus debitorē. Unde debitorē: Quia promissor est. Non dicimus deo: Domine quod rece- pisti redde: sed redde qd pmisisti: quo- niā rectus est sermo domini. Quid ē re- ctus est sermo domini? Non te fallit: tu eum noli fallere: immo tu te noli fallere. Quis enim fallit omnia scientem? Sed mentita est iniquitas sibi. Quoniā rect⁹ est sermo domini: et omnia opera eius in fide. Diligit misericordiā et iu- diciū: Fac ita: q̄ deus facit ita. In- tendite istam misericordiā et iudiciū. Misericordie tempus modo est. Judi- cij tempus post erit. Unde est misericor- die tempus: Vocat modo auersos: do- nat peccata cōuersis: Patiens est super peccatores: donec puerantur. Quādo cūq̄ conuersi fuerint: preterita obliuisci- tur: futura pmittit. Hortatur pigros: cō- solatur afflictos: docet studiosos: adiu- uat dimicantes: neminem deserit labo- rantem et exclamantes ad se: donat vnde sibi sacrificet: ipse tribuit vnde pla- cetur. Magnū misericordie tempus non nos transeat fratres: non nos tran- seat. Venturū est iudiciū. Erit et tunc penitentia: sed iam infructuosa. Dicent intra se penitentia agentes et pre angu- stia spiritus gemētes: Lerte ista scripta sunt in libro sapiētie. Quid nobis pfuit supbia: et diuitiarū iactātia qd ptulit no- bis: Transierūt oīa tanq̄ vmbra. Adō dicamus: Transierūt oīa tanq̄ vmbra:

modo fructuose dicamus: transeunt: ne tunc dicamus infructuose: omnia trāsi-
erunt. Hoc ergo est tempus misericor-
die: erit et iudicij. Ne putetis autē fra-
tres: quia ista a se possunt in deo aliquo
separi modo. Videntur enim sibi ali-
quando contraria: vt qui misericors est
non seruet iudicium: et qui iudicij tenax
est obliuiscatur misericordiā. Omnipotens
est deus: nec in misericordia amittit
iudiciū: nec in iudicio misericordiā.
Misericors enim: considerat imaginem
suam: fragilitatem nostram: errorem no-
strum: cecitatem nostram: et vocat. et cō-
uersis ad se donat peccata: non conuer-
sis non donat. Misericors est et iustus:
Nūquid autē iudicium amisit: aut non
debit iudicare inter conuersos et non
conuersos? An vobis iustum videtur vt
conuersus et nō conuersus equaliter ha-
beantur: vt eo modo suscipiat confitēs
et mentiens: humilis et superbus? Ergo
habet et iudicium in ipsa misericordia.
Rursus in illo iudicio habet misericor-
diam: in eos vtiq; quibus diciturus est:
Esuriui et deditis mihi māducare. Ete-
nim dicitur in quadam epistola aposto-
lica: Iudicium enim sine misericordia
illi qui non fecit misericordiā. Beati in-
quit misericordes: quoniā ipsorū misere-
bit deus. Ergo in illo iudicio erit et miseri-
cordia: sed non sine iudicio. Si enim nō
in quēlibet: sed in eum erit misericordia
qui prerogauit misericordiā: et ipsa mi-
sericordia iusta erit: quia cōfusa nō erit.
Misericordia ē certe: vt dimittant pec-
cata: misericordia est vt tribuatur vita
eterna. Vnde ibi iudicium: Dimittite et
dimittetur vobis: date et dabitur vobis.
Certe dabitur vobis et dimittet vobis:
misericordia est. Si inde recessisset a iu-
dicio non diceret: In qua mensura mē-
si fueritis: in ea remetietur vobis. Audi-
stis quēadmodum exhibeat deus miseri-
cordiam et iudicium: Exhibe et tu mi-
sericordiam et iudicium. An forte ad re-
um ptinent ista: ad hominē non perti-
nent: Si ad hominē non ptinerent: non
diceret dominus phariseis: Relinquitis
grauiora legis: misericordiā et iudiciū.

Ergo pertinent ad te misericordia et iu-
diciū. Ne putes quod ad te miseri-
cordia pertineat: iudiciū autē non ad te
pertineat. Aliquādo audis causam in-
ter duos: quorum duorum vnus est di-
ues et alius pauper: et contingit vt pauper
habeat causam malam: diues autē bo-
nam. Jam si tu nō es eruditus in regno
dei: videris tibi benefacere: si quasi pau-
perem miseratus abscondas et cōtegas
iniquitatem illius: et velis eum iustifica-
re: vt quasi causam bonā habere vide-
atur. Et si reprehensus fueris quod ma-
le iudicasti: quasi de misericordia respō-
des. Noui: et ego scio: sed pauper erat:
misericordia ei debebatur. Quomodo
tenuisti misericordiaz: et perdidisti iudi-
ciū? Et quomodo inquis si tenerem iu-
diciū: non amitterem misericordiam?
Pronūciarem aduersus pauperem qui
vnde redderet non haberet. Aut si ha-
beret: cum reddidisset vnde postea viue-
ret non inueniret. Aut tibi deus tuus? Ne
accipias psonam pauperis in iudicio.
Ceterū facile est vt admoneamur per-
sonam diuitis nō accipere. Hoc omnis
homo videt: atq; vtinam sic omnis ho-
mo faceret. Illud est vbi fallitur: veluti
quod vult placere deo: si psonam pauperis
in iudicio accipiat: et dicat faui pauperi.
Immo si teneres vtrūq; et misericordiā
et iudiciū placeres deo. Prio qualē mi-
sericordiā fecisti in eū cuius iniquitatem fa-
uisti: Ecce sacculo pepercisti: cor percus-
sisti: pauper iste iniquus remansit: et tan-
to iniquior: quāto te et quasi hominē iu-
stum fauere vidit iniquitati sue: A te re-
cessit iniuste adiutus: a deo remansit iu-
ste damnandus. Qualem misericordiā
prebuiisti ei quem iniustum fecisti: Ecce
crudelior inueneris q̄ misericordior.
Quid ergo inquis facerem? Iudicares
primo s̄m causam: argueres pauperem:
flecteres diuitem. Alius est iudicandi:
alius petendi locus. Quādo te ille di-
ues videret tenuisse iusticiam: nō erexit
se iniqui pauperis ceruicem: sed p me-
rito peccati sui obiurgasse te iuste: nōne
flecteret ille potes ad misericordiā pe-
tenti: quod letus redditus erat te iudicante:

Quis ergo fratres psalmi plura restet: cō-
sulendū est tamē virib⁹ et aie ⁊ corpis p̄p̄
varietatez audientū: qz ⁊ cū reficimur: ex
eodē tritico veluti mlti saporē nobis fiūt:
Ad detergenda fastidia: h̄ vobis sufficiāt.

Sermo secundus de secūda parte
eiusdē psalmi.

Et in annūciando et in audiendo
verbo veritatis: labor est. Quem
laborem fratres equo animo tole-
remus: si sentētie dñice et p̄ditionis nostre
meminerim⁹? Ab ip̄o em̄ nostri generis ex
ordio audivit homo nō ab homīe fallace:
nec a diabolo seductore: sed ab ip̄a verita-
te ex ore dei: In sudore vult⁹ tui edes pa-
nem tuū. Proinde si panis noster ē verbū
dei: sudemus in audiendo: ne moriamur i
ieiunādo. Psalmi hui⁹ p̄marū partū pau-
ci versus vigilarū nup̄ actarū solennitate
tractati sūt: Quod restat: audiam⁹. Hinc
autē incipit pars que restat: quā nō can-
tabimus: Misericordia domini ple-
na est terra. Verbo dñi celi firma-
ti sunt: Idip̄m est em̄: sermone domini ce-
li solidati sunt. Bixerat sup̄ius: bene cāta-
te ei in iubilatiōe: id est ineffabiliter canite:
qm̄ rectus ē sermo dñi: ⁊ omnia opa eius
in fide. Nihil p̄mittit ⁊ non reddit: fidelis
ille factus est debitor: esto tu auar⁹ exactor.
Beinde cū dixisset: oīa opa eius i fide: ad-
iunxit q̄re: Biligit misericordiā ⁊ iudiciū.
Qui ḡ misericordiaz diligit: miseref. Qui
aut̄ miseref nō potest p̄mittere: et nō dare:
quia posset dare: etiā si nō p̄mitteret: Er-
go qz diligit misericordiā: oportet vt erbi-
beat qd̄ p̄mittit: ⁊ qz diligit iudiciū opor-
tet vt exigat qd̄ dedit. Unde ip̄e dñs dicit
cuidā suo: Bares tu pecuniā meaz: ⁊ ego
veniens cū vsuris exigerem. Qd̄ ideo mo-
nem⁹ vt sciam⁹ qd̄ mō audiuim⁹. Ip̄e em̄
dicit alio loco in euāgelio. Nō ego iudico
quēqz: sermo quē locutus sum eis: ip̄e iudi-
cabit eos in nouissimo die. Nec se excuset
qui audire nō vult: ne quasi nō sit qd̄ ab il-
lo exigat. Idip̄m em̄ exigit: qz noluit acci-
pere cū daref. Aliud est em̄ non posse acci-
pere: aliud nolle. Illic excusatio necessita-
tis est: hic reatus volūtatis. Ergo oīa opa
eius in fide: diligit misericordiā ⁊ iudiciū.
Accipite misericordiā: ⁊ diligit iudiciū: ne
ille cū venerit exigat a nobis rationē: ita vt
inanes nos dimittat. Exigit em̄ rōnez: red-
dit traditiōez: donat eternitatē. Accipite ḡ

misericiordiā fratres: accipiamus omnes.
Nemo nostrū in accipiēdo dormiat: ne ad
reddendum male excitet. Accipite miseri-
cordiā: Sic ad nos clamat de⁹: tanqz si tē-
pore famis diceret: accipe frumentū. Qd̄
cum audires tpe famis: p̄fecto isto stimulo
necessitatis cōcitus: curreres vsans te buc
atqz illuc: querēs: vnde accipes: qd̄ dictū
ē: accipe: Et cū venires: quādo te teneres:
quā moram interponeres: Sic ⁊ nunc di-
ctum est: accipite misericordiā. Biligit em̄
misericiordiā ⁊ iudiciū. Cū acceperis bene-
vtere: vt bonā rationē reddas: cū iudiciū
venerit ei⁹ qui tibi mō p̄rogat in ista fame
misericiordiā. Nolo ergo: mibi dicas: vnde
accipio: q̄ eo: Recordare qd̄ cātafi: Mis-
ericordia dñi plena est terra. Ubi iam nō
euangeliū p̄dicatur: Ubi sermo domini ta-
cet: Ubi salus cessat: Opus ē vt velis ac-
cipere: plena sunt horrea. Hec ip̄a plenu-
do ⁊ abundantia nō te venientē expectaue-
runt: sed ad dormiētem ip̄a venerūt. Non
dictū est: Surgāt gentes ⁊ eant ad vnū lo-
cum: sed annūciata sunt ista gentibus: vbi
erāt: vt adimpleret exinde p̄betia: dicēs:
Adorabit eū vnusquisqz de loco suo. Mis-
ericordia domini plena ē terra. Quid ce-
li: Audi quid celi: Nō em̄ indigent miseri-
cordia: vbi nulla est miseria. In terra abū-
dat homini miseria: sup̄ abundat dñi mis-
ericordia. Miseria hominis plena ē terra: et
misericiordia dñi plena est terra. Celi ergo
vbi nulla est miseria: nūquid qz nō indigēt
misericiordia: nō indigēt dño: Omnia in-
digēt domino: et misera ⁊ felicia. Sine illo
miseri nō subleuant: sine illo felix nō regit.
Ergo ne forte de celis q̄reres cuz audires:
Misericordia dñi plena est terra: audi qd̄
dño celi indigent: sermone dñi celi solida-
ti sunt. Nam nō a se sibi solidamentū fue-
runt: nec ip̄i celi firmitatē sibi p̄p̄riā p̄stite-
runt. Verbo domini celi firmati sunt. Et
spiritu oris omnis virtus eorum.
Non habuerūt aliquid ex se: ⁊ tanqz sup̄-
plemētū a dño p̄ceperūt. Sp̄ū em̄ oris ei⁹
nō ps: sed oīs virt⁹ eoz. Sane fr̄es videte
eadē opa filij ⁊ sp̄ū sancti. Nō em̄ negligē-
ter p̄tereundū ē: p̄pter quosdā iniquos di-
cretiores: ⁊ turbulētos cōfusores. Utrūqz
em̄ male fit. Cōfūdūt illi male discernēdo
creaturā cū creatore: ⁊ cū sit creator sp̄i-
tus dei: inter creaturas eum numerāt. Illi
discernunt et confundunt: confundant vt

conuertant. Audi modo vnū opus filij et spiritus sancti. Verbum certe dei filius est: et spiritus oris eius spiritus sanctus est. Verbo domini celi solidati sunt. Quid est autem solidatus esse: nisi habere stabile et firmam virtutem: Et spiritu oris eius: omnis virtus eorum. Posset et sic dici: spiritu oris eius celi solidati sunt: et verbo domini omnis virtus eorum: Quod est enim omnis virtus eorum: hoc est solidati sunt. Hoc ergo facit filius et spiritus sanctus: nūquid sine patre? Quis ergo facit per verbum suum et per spiritum suum: nisi cuius verbum est: et cuius spiritus? Trinitas ergo hoc vnus deus. Hunc adorat qui nouit adorare: hunc ubique habet quo se conuerterit. Non enim querit ab auersis: sed ipse vocat auersos ut impleat conuersos. Sane fratres exceptis illis celis superioribus ignotis: nobis in terra laborantibus: et per humanas pieturas utique ista querentibus. Exceptis ergo illis celis qui quomodo sint super inuicem: vel quot sint: vel quibus modis distincti sint: quibus incolis impleti sint: qua dispositio regantur: quomodo ibi vnus quidam hymnus inefficiens concinens ab omnibus predicet deum: multum est a nobis inuenire: fatagamur tamen puenire. Ibi est enim patria nostra quam longa fortasse peregrinatione oblitum sumus. Gloriam enim nostra est in illo psalmo: Hec me quoniam peregrinatio mea longinqua facta est. Ergo de illis celis et mihi difficile est disputare: hoc tamen non impossibile et vobis intelligere. Certe qui me in his rebus intellectu puenit: fruatur quo processit: et oret pro me ut sequar ego. Interim exceptis illis celis: habeo de quibus hic utique differam: nobis proximis celos sanctos dei apostolos: predicatores ubi veritatis: per quos celos repluti sumus: ut per totum mundum seges ecclesie pullularet: et si cum zizanij interim commune bibes pluuia: sed tamen horreum non habitura commune. Ergo cum dictum esset: Misericordia domini plena est terra: quasi quererem unde impleta est terra misericordia domini: prius missi sunt celi qui misericordiam domini spargerent super terram: et hoc super totam terram. Nam vide quid de ipsis celis alibi dicitur: Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annuntiat firmamentum. Quod celi: hoc firmamentum. Dies diei eructat verbum: et nox nocti annuntiat scientiam. Non cessatur: non taceat. Sed ubi predicauerunt: et quousque puenerunt: Non sunt loqueles neque sermones: quorum non audiant voces eorum. Sed hoc pertinet ad id quod omnium linguis locuti sunt in vna voce: omnium linguis

locuti impleuerunt quod dictum est: Non sunt loqueles neque sermones: quorum non audiant voces eorum. Sed quero ipsa vox in omnibus linguis: quousque puenit: que impleuerit. Audi ergo quod sequitur: In omnem terram exiit sonus eorum: et in fines orbis terra verba eorum. Quorum: nisi celorum qui enarrant gloriam dei: Ergo si in omnem terram exiit sonus eorum: et in fines orbis terra verba eorum: quid predicauerunt nobis: indicet nobis qui illos misit. Indicat plane: fideliter indicat: quia et antequam fierent predicta futura: ille cui omnia opera in fide. Resurrexit enim a mortuis: et protractatis membris suis agnitus a discipulis suis ait: Operatus pati christum et resurrexerit a mortuis tertia die: et predicari in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum. Unde et quousque: Per omnes gentes ait: incipientibus ab hierusalem. Quam misericordiam vobis omnes expectamus fratres verberorem a domino: nisi ut peccata nostra dimittantur. Cum ergo ea sit magna misericordia domini remissio peccatorum: et hanc remissionem peccatorum predictum dominus predicari per omnes gentes: Misericordia domini plena est terra. Unde plena est terra: Misericordia domini. Quare? Quia ubique dimittit peccata deus: quia misit celos qui terram conpluerent. Et quomodo audi sunt ipsi celi ire cum fiducia et ex hominibus infirmis celi fieri: nisi quia verbo domini celi solidati sunt. Unde enim haberent tantam virtutem oues inter lupos: nisi quia spiritu oris eius omnis virtus eorum: Ecce inquit: mitto vos sicut oues in medio luporum. Domine misericordissime certe hoc fac: ut misericordia tua plena sit terra. Si ergo misericors ut impleas terram misericordia: vide quos mittis: vide qui mittis. Quo inquam mittis et quos mittis: Oves in medio luporum. Unde lupus si mittat in medium innumerabilem ouium: quis ei resistit? Quid non turbat: nisi forte quia satiat. Nam omnia deuoraret. Admittis infirmos in seuos. Admittit inquit: quia celi sunt ut terram repluant. Unde celi homines infirmi: Sed spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ecce lupi tenebunt vos et tradent vos: et offerent potestatibus propter nomen meum. Ita armate vos virtute vestra. Absit. Nolite cogitare quod loquamini: Non enim vos estis qui loquamini: sed spiritus patris vni qui loquitur in vobis: quia spiritu oris eius omnis virtus eorum. Facta sunt hoc: missi sunt apostoli: protulerunt psalluras. Numquid modo tantas ferimus ut audiamus hec: quatas illi ut seminare hec: Non. Ergo fratres infructuosus est labor noster: Non. Unde constipationem vestram: sed et vos videtis sudorem nostrum:

si tolerantius et congregabimus. Ecce facta
 sunt illa. Ex illis ouibus missis in medio luporum:
 memorias martyrum celebramus. Locus
 iste quando martyris beati corporis percussum est
 lupis plenus erat: vicit tot lupos una ouis
 capta: et impleuit locum ouibus ouis occisa.
 Seuebat tunc mare ingentibus persequentiis flu-
 ctibus: ibat in aridam sitientem celum dei. Adhodo
 autem per illa que illi passi sunt: qui aciem ruperunt:
 glorificatum est nomen christi: occupauit etiam
 ipsas potestates ambulans super capita tumen-
 tum gurgitum. Et quia ista facta sunt: modo etiam
 que vident nondum credentes per uenticula nostra:
 celebrationes: solennitates: laudes iam mani-
 festas et publicas dei nostri: putatis eos non
 dolere: putatis non fremere: Sed nunc imple-
 tur quod de illis dictum est: Peccator videbit et
 irascent. Quid ergo: quia irascent: Ne timeas
 ouis lupum. Adhodo minas eorum et fremitus
 non timeatis. Irascent. Sed quod sequitur: Ben-
 tibus suis fredet et tabescet. Quia ergo modo
 falsa maris aqua que remansit in christianos se-
 uire non audet: occultum autem murmur rugit in
 se: et intra mortalem pellem fremit conclusa sal-
 sugo: Videte quid sequitur: **Congregas
 sic in vtre aquas maris.** Cum ergo antea mare
 in martyribus liber fluctibus seuebat: modo autem
 intra mortalia pectora inclusum amarum est:
 Ille fecit qui in illis vicit: que posuit tunc ma-
 ri terminos: ut in se remeantes perminuerent
 fluctus eius. Ipse congregauit velut in vtre
 aquas maris: ut mortalis pellis protegat ama-
 raz cogitationem. Timeas enim pellem sue: in-
 tus tenent quod non audent emittere. Nam ea-
 dem est amaritudo. Sic oderunt: sic detesta-
 tur. Sed quod tunc apte seuebat: nunc occulte:
 Quid aliud dicat quam quod dictum est: Frendet
 et tabescet: Eat ergo ecclesia: ambulet. Fa-
 cta est via: strata nostra ab impatore munita
 est. Ferueamus in itineribus bonorum operum:
 hoc est enim ambulare nostrum. Et si quando existunt
 temptationes: perspire: unde non sperabant: iam
 congregatis velut in vtre aquis maris: in-
 telligamus dominum facere hoc ad disciplinam: ut
 excutiat a nobis male prudentem de tempo-
 ralibus securitatem: et dirigat nos in regnum suum
 composito desiderio. Quod desiderium tri-
 bulationibus hinc atque hinc contudenti-
 bus producit: ut simus canore auribus do-
 mini tanquam tube ductiles. Victum est enim et
 hoc in psalmis: ut in tubis ductilibus lau-
 demus deum. Tuba ductilis malleo pro-
 ducitur: ita christianum cor in deum persura-
 tum plagis extendit. Admimerum ergo fra-

tres iam his temporibus quibus congregata
 est velut in vtre aqua maris: non desse deo
 unde proferat quo nos emendet: cum emenda-
 tione nobis opus est. Ideo enim sequitur: **PO-
 nens in thesauris abyssos.** Thesau-
 rum dei dicit secretum dei. Nouit ille omnium
 corda: quid ad tempus proferat: unde profe-
 rat: quantum potestate tribuat malis in bonos:
 ad iudicandos quidem malos: erudiendos
 autem bonos. Nouit quomodo hec agat que po-
 nit in thesauris abyssos. Fiet ergo quod se-
 quitur: **Timeat dominum omnis ter-
 ra:** Non gloriemur superba leticia temeraria
 exultatione dicentes: Jam congregata est ve-
 lut in vtre aqua maris: quis mihi aliquid
 facere audebit? Nescis quia posuit ille in
 thesauris abyssos: unde proferat quod
 opus est ad flagellandum te pater tuus: Qui
 quidem ad disciplinam tuam habet abyssos the-
 sauros: quibus te erudiat ad thesauros celo-
 rum. Ergo redi ad timorem qui iam ibas in
 securitate: Exultet terra: sed et timeat. Ex-
 ultet: Quare? Quia misericordia domini ple-
 na est terra. Timeat: Quare? Quia sic con-
 gregauit in vtre aquas maris: ut poneret in
 thesauris abyssos. Fiet ergo in illa quod
 alibi breuiter vtriusque dicitur: Seruite do-
 mino in timore: et exultate ei cum tremore.
 Timeat dominum omnis terra. **Ab ipso autem
 commoueant omnes qui inhabitant
 orbem.** Non timeant alterum pro illo. Ab
 ipso commoueant omnes qui inhabitant or-
 bem terre. Fera seuit: deum time. Serpens
 insidiatur: deum time. Homo te odit: deum
 time. Diabolus te impugnat: deum time. Lo-
 ta enim creatura in illo est que iubetis timere.
 Quia ipse dixit et facta sunt: ipse man-
 dauit et creata sunt. Hoc in psalmo sequitur:
 Cum enim dixisset: Ab ipso commoueant omnes qui
 inhabitant orbem terre: ne pertereret se homo ad
 timendum aliquid: et auersus a timore dei: ti-
 meret pro illo aliquam creaturam: et adoraret quod
 factum est: dimisso qui fecit: confirmavit nos
 in timore dei: tanquam dicens nobis et allo-
 quens nos: Quid formidaturus es aliquid
 de celo: aliquid de terra: aliquid de mari?
 Ipse dixit et facta sunt: mandauit et creata
 sunt. Qui dixit: et facta sunt: mandauit et
 creata sunt: cum iubet mouentur: cum iubet
 quiescunt. Loquiescit et malicia hominum:
 cupiditas hominum. Cupiditatem nocendi
 potest homo habere propriam: potestatem au-
 tem si ille non dat: non habet. Non est enim
 potestas nisi a deo. Definitiva sententia

Alia lra.
 † inhabitates.

vis melior esse q̄ es: cū beatus esse vis q̄ miser es. Meli⁹ est em̄ vti⁹ beatus esse q̄ miserū. Tūc esse melior te z queris: p̄quiri p̄ que id fiat: deteriora te. Quicq̄d queſie- ris in terra: deter⁹ est q̄ tū. Hoc ois homo optat amico suo: sic eū adiurat: sic melior sis: sic meliorē te videamus: sic de te melio- re gaudeamus. Qd̄ optat hoc: z ipse vult. Accipe ergo fidele cōsiliū. Melior te vis esse nouit: oēs nouimus: oēs volum⁹: que- re qd̄ est melius te: vt inde efficiar̄ melior te. Intue nūc celū z terrā: nō tibi sic h̄ pul- chra corpora placeāt: vt eis fieri beatus ve- lis. In animo ē qd̄ queris: Beat⁹ em̄ esse vis. Ipso animo tuo quere qd̄ sit melius. Cum. n. duo sint quedā: hoc est animus z corpus: eo q̄ istū duob⁹ illud melius sit qd̄ animus dicit: pōt corpus tuū melius fieri p̄ meliorē: q̄ subiectū est corpus animo. Pōt ergo melius fieri corpus tuū per ani- mū tuū: vt cū fuerit iustus anim⁹ tuus: sit postea imortale etiā corpus tuū. Per ani- mī. n. illuminationē meretur corpus incor- ruptionē: vt fiat inferioris repatio p̄ melio- rem. Si ergo corpus tui bonū anim⁹ est: q̄ corpore tuo melior est: cū queris bonū tuū: illud quere qd̄ melius est animo tuo. Quid est aut̄ anim⁹ tuus attende: ne forte cōtēnens animū tuū: z putās nescio quid esse vile z abiectū: vilioza queras quib⁹ be- atificet animus tuus. In animo tuo ē ima- go dei: mens hoīs capit eā. Accepit eā: et inclinādo se ad peccatū decolorauit eam. Ipse ad eā venit reformator qui erat eius ante formator: q̄ per verbū facta sunt om- nia: z p̄ verbū impressa est hec imago. Ve- nit ipm̄ verbū: vt audirem⁹ ab Ap̄lo: Re- formamini in nouitate mentis vestre. Itz ergo sup̄est: vt queras quid sit meli⁹ q̄ ani- mus tuus. Quid erit obsecro: nisi de⁹ tu⁹? Nō inuenis aliqd̄ meli⁹ animo tuo: q̄ cū fuerit perfecta natura tua: angelis equabi- tur. Jam supra nō est nisi creator. Erige te ad illū: noli desperare: noli dicere: multū ē ad me. Magis multū est ad te h̄re aurum qd̄ queris. Aurū z si volueris forte nō ha- bebis: deū cū volueris habebis: q̄ z añq̄ velis venit ad te: z cū auersa volūate es- ses vocauit te: z cū conuersus esses terruit te: z cū territus cōfitereris: p̄solatus est te. Iste qui tibi p̄stitit oīa: iste q̄ fecit vt esses: qui cū his qui tecū sunt etiā malis p̄stat so- lem: prestat pluuias: p̄stat fructus: fontes: vitā: salutē: tantas p̄solationes: seruat tibi

aliquid qd̄ nō det: nisi tibi. Quid est autē quod tibi seruat: nisi se: Pete aliud si meli- us inueneris: se tibi seruat de⁹. Auare qd̄ in bias celo z terre: Melior est qui fecit ce- lū z terrā: ipsum visur⁹: ipsum habitur⁹ es. Quers vt tua sit illa villa: z trāsiens p̄ il- lam dicis: Beatus cuius est possessio ista. Hoc dicunt: q̄ multi qui trāsēūt per illā: z tñ cū dixerint z trāsēūt p̄ illā: possūt caput agitare z suspirare: nunqd̄ z possidere. So- nat cupiditas: sonat iniquitas: sed nō cō- cupiscas rem p̄mi tui. Beatus cui⁹ est villa illa: cuius est dom⁹ ista: cui⁹ est ager iste. Cōpescce iniquitatē: audi veritatē. Bea- ta gens cui⁹ est. Quid: Jā nostis quid di- cturus sum. Ergo desiderate vt habeatis: tunc demū beati erit. Hac sola: beati eri- tis: re meliore q̄ vos estis: meliores eri- tis. Beus est in quaz melior te qui fecit te.

Beata gens cuius est dñs deus eorum: Hoc ama: hoc posside: hoc cum vis habebis: hoc gratis habebis. Beata gēs cui⁹ est dñs deus eorū. Noster deus. Cui⁹ em̄ nō est deus: Nō plane omnū eo- dem mō. Noster magis: noster qui viuim⁹ ab illo tanq̄ de pane nostro. Ipse sit here- ditas nostra: possessio nostra. An forte te- mere dicimus faciēdo nobis deū possessi- onē cū sit dñs: cū sit creator: Nō est ista te- meritas: affect⁹ est desiderij z dulcedo sp̄i. Bicat anima oīno secura: dicat: de⁹ meus es tu: q̄ dicit anime nostre: sal⁹ tua ego sū. Bicat: secura dicat: nō faciet iniuriā cū h̄ dixerit: imo faciet si non dixerit. Arbores volebas habere: quib⁹ beat⁹ esses. Audi scripturā dicentē de sapiētia: Lignū vite ē omnibus possidentib⁹ eā. Ecce possessio- nē nostrā dixit esse sapiētia: sed ne putes ipsaz sapiētia: q̄ possessionē tuā dixit scri- ptura aliqd̄ esse: qd̄ sit te inferi⁹. Sequit̄ z adiungit: Et incubentib⁹ in eā velut in do- mo tuta. Ecce dñs tuus fact⁹ est tibi quasi baculus: securus homo incubit: q̄ ille nō succūbit. Bicat ergo secur⁹ possessio tua est. Possidentib⁹ eā scriptura dixit: Impleuit si- ducia dubitationē tuā. Bicat secur⁹: ama se- cur⁹: spera secur⁹. Tua etiā illa v̄ba sunt in psalmo: Bñs ps hereditat̄ mee. Ergo vn- de beati erim⁹? Deū possidēdo. Quid q̄? Nos possidebim⁹ eū: z ille nō nos posside- bit: Unde ergo Esaias: Bñe posside nos: Possidet ergo z possidebit: z totuz p̄pter nos. Est em̄ nos ex illo beati sim⁹: possidet a nobis. Est autē ille beat⁹ sit: nō possidet

nē virtutis sue: Ad dominū oēs: in deo
oēs. Spes tua de⁹ sit: fortitudo tua de⁹ sit:
firmitas tua de⁹ sit: exortatio tua ipse sit: laus
tua ipse sit: finis in quo req̄scas ipse sit: ad
iutorū cū laboras ipse sit. Audi veritatē:
Nō saluus fiet rex p̄ multitudinē virtutis
sue. **Nec gigas saluus erit in multi-
tudine virtutis sue.** Gigas sup̄ ali-
quis est extollēs se aduersus deū: velut qz
est ipse aliqd̄ in se ⁊ per se. Nō sit iste saluus
in multitudine virtutis sue: si equus habet
magnū: fortē: validū: velocē: pōt si aliqd̄
irruerit cito illū de piculo liberare. Nō fal-
li: Audi qd̄ sequit. **Mendax equ⁹
ad salutē:** An intellexit qd̄ dictū sit mē-
dax equ⁹ ad salutē: Nō tibi p̄mittat equ⁹
tu⁹ salutē: si tibi p̄miserit mētē. Si enī de-
us voluerit liberaber: si deus voluerit ca-
dente equo altius cades. Nō ergo putet
dictū mendax equus ad salutē: quasi men-
dax iustus ad salutē: qd̄ velut iusti ad salu-
tem mentiant. Nō est enī scriptum equus
qd̄ ab equitate dicit: sed equus aīal q̄dru-
pes: hoc grecus codex indicat. Et redar-
guūtur homines q̄ sibi querūt mala iumē-
ta occasiones mendaciorū: cum scriptura
dicat: Os quod mentis occidit animā: ⁊ p̄-
des omnes qui loquūtur mēdaciū. Quid
est q̄ mendax equus ad salutē: Admittit
tibi equus qn̄ p̄mittit salutem. Nunquid
equus alicui loquitur ⁊ p̄mittit salutē: S̄
cū tu vides equū bene formatū: bonis vi-
ribus: magno cursu p̄ditū: ista omnia ve-
lut p̄mittunt tibi de illo salutē: sed fallunt
si deus nō tuetur: qz mendax equus ad sa-
lutez. Equū accipe etiā figurate quālibet
amplitudinē seculi hui⁹: quēlibet honores
in quē sup̄bus incedis: quo alt⁹ ingre-
ris: ⁊ ecce nō tñ celsiorē: sed etiā tutiorem
falso putas. Quō enī te dericiat nescis: tā-
to elisū graui⁹ quāto sublimius ferebaris.
**Mendax equus ad salutē. In abundā-
tia aut virtutis sue nō erit saluus.**
Et vnde erit salu⁹: Non de virtute: nō de
virib⁹: nō de honore: nō de gloria: non de
equo. **Uñ quo ibo:** Ubi inueniā: vnde sal-
uus sum: Noli diu q̄rere: noli lōge. **Ec-
ce oculi dñi sup̄ timentes eū:** Uide-
tis quia ipsi sunt quos p̄terit de habitacu-
lo suo. **Ecce oculi dñi super timentes euz.**
⁊ Sperantes sup̄ misericordia ei⁹:
Non de meritis suis: nō de virtute: nō de
fortitudine: nō de equo: si de misericordia ei⁹.
Et eruat a morte aīas eorū. U-

tā eternā p̄mittit. Quid in ista peregrina-
tione: Nunquid deserit: Uide qd̄ sequit: **Et**
alat eos in fame. Tempus famis ē mo-
do: ip̄us saturitatis post erit. Qui nos in
fame hui⁹ corruptionis nō deserit: imorta-
les factos quō faciabit. Sed q̄d̄iu est tem-
pus famis: tolerandū est: durandū est: per-
seuerandū est vsqz in finem. Jam curren-
da sunt omnia: quia ⁊ plana sunt: ⁊ cogitā-
dum est quid portemus. Adhuc quidē ex-
pectatores in amphitheatro forte insam-
unt ⁊ in sole sedent: ⁊ si stamus tñ i vmbra
culo sumus: ⁊ vtiliora ⁊ pulchriora sunt q̄
expectam⁹. Expectemus pulchra: ⁊ a pul-
chro expectemus. Expectem⁹ nos mente
ea que dicuntur in sensibus diuinarū scrip-
turarū: ⁊ gaudemus tali expectaculo. Ex-
pectator aut noster quis ē: **Ecce oculi dñi**
sup̄ timentes eū: sperātes in misericordia
eius: vt eruat a morte animas eorū: ⁊ alat
eos in fame. Sed p̄pter peregrinatiois to-
lerantiā: q̄d̄iu fames est: expectem⁹ in via
refici ne deficiamus. Quid nobis imponit
vel quid p̄ferri debem⁹: **Animā nr̄a**
⁊ patiens erit dño: Secura expectans
miseri corditer p̄mittentē: misericorditer ⁊
veraciter exhibētē. Et donec exhibeat qd̄
agamus: Anima nostra patiens erit dño.
Sed quid si in ipsa patiētia nō durabim⁹:
Immo plane durabimus. Quoniā ad
iutor ⁊ p̄tector noster ē. Adiuuat in
pugna: p̄tegit ab estu: nō te deserit. Tolera
dura: q̄ p̄seuerauerit vsqz in finē hic saluus
erit. Et qd̄ cū p̄duraueris: cū patiēs fuerit
cū vsqz ad finē puenerit: qd̄ tibi erit: Qua
mercede toleras: Ut quid tāta dura tādiu
pateris: Qm̄ in ipso letabitur cor
nostrū: ⁊ in noīe sancto eius ⁊ spe-
rabimus. Spera hic vt letaris ibi: esuri
⁊ sita hic: vt epuleri ibi. Hortatus ē ad oīa
impleuit nos gaudio spei: p̄posuit nob̄ qd̄
amemus: in quo solo ⁊ de quo solo p̄suma-
mus. Post hec fit oratio breuis ⁊ salubr.
Fiat misericordia tua dñe sup̄ nos: Et
quo merito. Sicut sperauimus in te.
Fui q̄busdā onerosus sentio: q̄busdā aut
etiā cito terminavi sermones: ⁊ hoc sentio.
Ignoscant infirmi fortiorib⁹: ⁊ p̄ infirmis
deprecantur fortiores. In vno corpore om-
niā mēbra sum⁹: a capite nro vegetemur:
⁊ in illo spes nr̄a est: ⁊ in illo fortitudo nr̄a
est. Nō dubitem⁹ exigere de dño deo nro
miseriā. vult oīno exigi a se. Nō enī tur-
babit dñi exigi: aut oīno angustabit: quō

Alia lra. ⁊ gigas nō saluabitur.

Alia lra. ⁊ fallax.

Alia lra. ⁊ saluabitur.

Alia lra. ⁊ in cūctis.

Alia lra. ⁊ in eis qui sperant.

Alia lra. ⁊ sustinet dñm

Alia lra. ⁊ sperauimus.

Alia lra. ⁊ quēadmodū.

ille a quo petis quod non habet: aut quod parum habet: et timet dare ne minus habeat. Tu nosse. quod tibi erogat deus misericordiam: Tu eroga caritatem. Et ideamus si finis domini erogas. Quanta est ergo opulenta in ipsa summitate: si potest tanta esse in imagine? Ergo fratres ad hanc maxime exhortamur: vos caritatem non solum in vos ipsos: sed in eos etiam qui foris sunt: siue adhuc pagani: non dum credentes in christo: siue diuisi a nobis: nobiscum caput continent et a corpore separati. Voleamus illos fratres tanquam fratres nostros: velint nolint fratres nostri sunt. Tunc esse desinent fratres nostri: si desierint dicere pater noster. Dixit de quibusdam prophetis his qui dicunt nobis: non estis fratres nostri: dicite fratres nostri estis. Circumspicite de quibus hoc dicere potuerit. Nunquid de paganis? Non. Neque enim dicimus eos fratres nostros secundum scripturas: et ecclesiasticum loquendi morem. Nunquid de iudeis qui in christum non crediderunt? Legite Apulum: et videte quod fratres quando dicit Apulus siue aliquo additamento: non vult intelligere nisi christiana nos. Non est autem subiectus inquit frater aut soror in huiusmodi: cum diceret de coniugio. Fratrem et sororem dixit christianus vel christianam. Iterum dicit: Tu autem quid iudicas fratrem tuum: aut tu quid spernis fratrem tuum? Et alio loco: Vos inquit iniquitatem facitis et fraudatis: et hoc fratribus. Ipsi ergo qui dicunt: non estis fratres nostri: paganos nos dicunt. Ideo enim et rebaptizare nos volunt: dicentes nos non habere quod dant. Unde consequens est error ipsorum: ut negent nos fratres suos esse. Sed quare nobis dixit propheta: Vos dicite illis fratres nostri estis: nisi quod nos in eis agnoscimus quod nos repetimus? Illi ergo non agnoscendo baptismum nostrum negant se fratres: nos autem non repetendo ipsorum: sed agnoscendo nostrum dicimus eis: fratres nostri estis. Sic ut illi: quod nos queritis: quid nos vultis? Respondemus: fratres nostri estis. Sic ut ite a nobis: non vobiscum habemus rationem. Nos per vos vobiscum rationem habemus: unum christum continentemur: in uno corpore: sub uno capite esse debemus. Quid ergo me queritis ait: si perij? Magna absurditas: magna vesania. Quid me querit si perij? Quare querere: nisi quod perij? Si ergo perij inquit quomodo sum frater tuus? Ut dicat mihi de te: frater tuus mortuus erat et reuixit: perierat et inuentus est. Adueramus: ergo vos fratres per ipsa viscera cari-

tatis cuius lacte nutrimur: cuius pane solidamur: per christum dominum nostrum: per mansuetudinem eius adiuuamus vos. Tempus est enim ut impendamus in eos magnam caritatem: abundanter misericordiam in deprecando deum pro illis: ut aliquando det illis sensum sobrium: ut resipiscant et videant se: quod non habent omnino: quod dicant contra veritatem. Non in eis remansit: nisi sola in firmitas animositatis: que tanto est languidior: quanto se maiores vires habere existimat: per infirmis: per carnaliter sapientibus: per animalibus et carnalibus: tamen per fratribus nostris eadem sacramenta celebrantibus: et si non nobiscum eadem: tamen unum amicum habentibus: et si non nobiscum unum amicum: hortamur medullas caritatis vestre: sudatim ad deum precemur pro eis. Aliquid enim pro salute ipsorum egimus in concilio: quod explicari vobis hodie iam tempus non sufficit. Unde exhortamur vos ut alacriores et numerosiores (Audiemus. n. a vobis fratres nostri qui nunc non assunt) conueniatis crastino die: ad basilicam trichiarum.

Explicit Tract. de ps. XXXII.

Incipit Tract. de ps. XXXIII.

Prefatio.

Psalmus iste nihil quidem obscurum: et quod expositore indigeat: videtur habere in textu suo. Titulus autem eius inter eos facit: et pulsantes desiderat. Sed quemadmodum hic scriptum est: quod brutus vir qui sperat in eum: speremus omnes quod pulsantibus apturus est. Non enim hortaret nos ut pulsarem: si nollet aperire pulsantibus. Si enim aliquando contingit: ut qui disponebat sedere: tedio compulsus ad manus pulsantis contra dispositionem suam surgat et aperiat: ne diu pulsantem patiat: quanto magis sperare debemus citius aperturum illum qui ait: Pulsate et aperietur vobis. Pulsate ergo nunc intentione cordis ad dominum deum: ut dignetur nobis hoc mysterium reuelare. Pulsate mecum et caritas vestra intentione audiendi: et humilitate orandi pro nobis. Est enim quod fatendum est arcanum et grande mysterium: Sic. n. se habet titulus psalmi.

Psalmus David cum mutauit vultum suum contra Abimelech: et dimisit eum et abiit.

Sermo primus.

Quærimus in scripturis secundum res gestas: que nobis de David conscripte sunt: quoniam sic factum: quemadmodum inuenimus titulum psalmi: cum fugeret a facie Absalon filii sui. Legimus. n. in regum libris: et inuenimus: quoniam David fugeret a facie filii sui Absalon. Et verissimum est: quia

contigit: qđ cōtigit: scriptus est. Et quibus titulus psalmi in mysterio sic scriptus sit: tñ ductus est de re que gesta est. Sic credo qđ hic scriptū est. Cū mutauit vultū suū corā Abimelech: et dimisit eū: et abiit. Scriptum est: sed in regnōzū libris: vbi omnia nobis scripta sunt: que pertinent ad res gestas Dauid. non inuenimus hoc: et tamen aliquid inuenimus vnde appareat hoc esse tractum. Nam scriptū est. Quia cum fugeret Dauid psecutorē Saul: protulit se ad Achis regē geth: id ē ad regē cuiusdā gentis vicine regno iudeoz. Ibi latitabat: vt psecutionē Saul cuitaret. Recēs autē erat gloria eius. Unde p benefacto meruit inuidiam: quādo Holiaz interfecit: et in vna pugna gloriā securitatemq; regni et regi et populo cōparauit. Saul autē cū puocante Holia estuaret: pstrato Holia: hostis esse cepit ei: p cuius manū hostem necauerat: et inuidit glorie Dauid maxime: qz populus in exultatione cōstitutus: et choro iam facto mulieres cantauerūt gloriā Dauid: qđ Saul percussisset in milibus: et Dauid in denis milib. Hinc ille cōmotus qđ cepat habere maiorē gloriā pvnā pugnā puer: et iam in laudibus omnīū regi pponēbat: vt se habet pestilentia liuoris et superbia seculi: inuidē ei ceperat et psequi. Tūc ille se vt dixi cōtulerat ad regē Beth qui vocabatur achis. Suggestū est autē regi ipsi qđ illum apud se haberet qui magna gloriā habere ceperat in pplo iudeoz: et dictū est illi: Nōne iste est Dauid cui chorū fecerūt mulieres israelite dicentes: Saul percussit in milibus: et Dauid in denis milibus. Si autem ppter hāc gloriā inuidere illi cepat Saul: nōne metuendus erat Dauid: ne et ille rex ad quē cōfugerat vellet opprimere eū: quē posset de vicino hostē habere: si saluū seruaret. Timuit et illū: et sicut scriptū est: mutauit vultū suū corā ipis: et affectabat et tympanizabat ad ostia ciuitatū: et ferebatur in manibus suis: et psidebat ad ostia porte: et saluē decurrebāt sup barbā eius. Vidit eū rex ille apud quē latebat: et ait suis: Ut quid mihi istū arrepticiū adduxistis? Nūquid nā intraturus est domū meā: Et sic illū dimisit pnciens illū: et recessit inde Dauid incolumis p istam figurationē furorū. Videt em̄ ad istā historiā ptinere qđ scriptū est: psalmus Dauid cū mutauit vultū suū corā Abimelech: et dimisit eū: et abiit. Sed ille Achis erat non Abimelech. No

men em̄ solum nō videtur cōuenire. Nam res gesta ppe ipsis verbis pariter designata est in psalmis: sic scriptū est in regnōzū libro: Ideo magis mouere nos debet ad qđ rendū sacramentū: quia nomen mutatum est. Nam neq; illud sine causa factū est: qđ uis sit factū: sed qz aliquid figurabat: neq; hoc sine causa scriptum est: nomine cōmutato. Videtis certe fratres pfunditatē sacramentozū. Si nō est in mysterio qđ a puero Holias occisus est: nō est in mysterio: qz imutauit vultū suū: et affectabat: et tympanizabat: et cadebat ad ostia ciuitatis: et ad ostia porte: et saluē decurrebāt sup barbā eius. Vñ fieri pōt: vt nō hoc aliquid significaret: qñquidez aperte dicit Apłus: Hec autē in figura cōtingebant illis. Scripta sunt autē ppter nos: in quos finis seculozū obuēnit. Si nihil significat manna: de quo dicit Apłus: Et cibū spirituale manducauerūt: Si nihil significat: qđ diuisū ē mare: et per mediū ductus est populus: vt euaderent psecutionē Pharaonis: cū dicat Apłus: Nolo em̄ vos ignorare fratres qz patres nostri omnes sub nube fuerūt: et omnes in Moyse baptizati sūt in nube et in mari: Si nihil significat qđ percussa petra aqua pfluxit: cū dicat Apłus: Petra autē erat christus. Si ergo illa nihil significant quibus sint gesta: si nihil deniq; significant duo filij Abrae nati fm ordinez nascendū hominū: et tamen in ipsos duos filios duo testamēta appellat Apłs: vetus et nouū: et dicit: Hec sunt duo testamēta: que sunt in allegoria. Si ergo illa nihil significāt: que videtis auctoritate apostolica in mysterio futurarū rerū gesta esse: debemus arbitrari nihil significare etiā hoc quod vobis ex libro regnōzū: de Dauid pauloante narrauimus. Nō ergo nihil significat: et qđ nomen mutatum est: et qđ h dictū est corā Abimelech. Intendite mecū. Omnia em̄ que dixi modo: quasi ad manū ptinent pulsantis: nōdū apertū est. Pulsauimus cuz ista dicerem: Pulsasti et vos cū ista audiret. Adhuc pulsem orādo vt dñs apiat nob. Rominū hebreozū habemus interpretatiōnem. Nō defuerūt docti viri qui nobis nomina ex hebreo in grecā linguaz: et inde in latinā transferrēt. Cōsulētes ḡ noīa ista: inuenimus interpretari Abimelech patrē mei regnū: et interpretari Achis quō est. Hec nomina attendam: inde incipit nobis apire pulsantib. Si queri qđ ē Achis: Respō-

Manna significat uero panem celi et ueritate uos pōit

Mysteria dicitur f. h. g. 1725

romant fidelis
dicit alleluia.

detur: quod est. Quod est verbū ē admirantē
z non intelligentis Abimelech patris mei
regnū David manu fortis. In figura chri-
sti David: sicut Holias in figura diaboli:
et quod David pstravit Holiam: christus ē
qui occidit diabolū. Quid est autē christus
qui diabolū occidit? Humilitas occidit su-
perbiam. Cū ergo christū nomino fratres
mei: maxime nobis humilitas cōmendat.
Etiam enim nobis fecit per humilitatē: quia
per superbiam recesseramus a deo: redire ad
eum nisi per humilitatē non poteramus: z
quē nobis preponerem⁹ ad imitandū: non
habebamus. Omnis enim mortalitas homi-
nū superbia tumuerat: Et si existeret aliq̄s
humilis vir in spiritu: sicut erāt pphete: pa-
triarche: z dignabatur genus humanum
imitari humiles homines. Ne ergo dedig-
naretur homo imitari hominē humilē: de-
factus est humilis: vt velis superbia gene-
ris humani nō dedignaretur sequi vestigia
dei. Erat autē: vt nostis: sacrificiū iudeorū
antea scdm ordinē Aaron in victimis pe-
corū: z hoc in mysterio: Hoduz. ii. erat sa-
crificiū corporis z sanguinis domini: quod
fideles norunt: z qui euāgelium legerāt: quod
sacrificiū nunc diffusum est toto orbe ter-
rarū. Proponite ergo vobis ante oculos
duo sacrificia: z illud scdm ordinē Arō:
z hoc scdm ordinē Melchisedech. Septū
est enim: Juravit domin⁹ z non penitebit
eū: tu es sacerdos in eternū scdm ordinem
Melchisedech. Be q̄ dicit: Tu es sacer-
dos in eternū scdm ordinē Melchisedech:
Be domino nro Iesu christo. Quis erat
Melchisedech? Rex salē. Salē ciuitas
fuit antea illa: que postea: sicut docti pdi-
derūt: Hierusalē dicta ē. Ergo anteq̄ ibi
regnarēt iudei: ibi erat ille sacerdos Mel-
chisedech: qui scribit̄ i genesi: sacerdos dei
excelsi. Ipse occurrit Abrae: quādo libera-
uit Loth de manu psequentiū: z pstravit
eos a quibus ille tenebat: et liberauit fra-
trem. Post liberationē fratris: occurrit ei
Melchisedech. Et tātus erat Melchise-
dech: a quo benediceretur Abraā. Protu-
lit panē z vinum: z benedixit Abraā: z de-
dit ei decimas Abraā. Et dicit̄ quid ptu-
lit ei quē benedixit. Et dicit̄ ē postea: Tu
es sacerdos in eternū scdm ordinē Mel-
chisedech. David hoc in spiritu dixit lon-
ge post abraam: T pibus autē Abrae fuit
Melchisedech. Be quo alio dicit: Tu es
sacerdos in eternū scdm ordinē Melchise-

dech: nisi de illo cui⁹ nostis sacrificiū? Sē-
latum est enim sacrificiū Aaron: et cepit esse
sacrificiū scdm ordinē Melchisedech.
Ergo mutauit: nescio quō: vultū suū. Quis
est iste? Nescio quis nō sit: z scio quis. No-
tus est enim dominus noster Iesus christus:
In corpore z sanguine suo voluit esse salu-
tem nostrā. Unde autē cōmendauit corp⁹
z sanguinē suum: Be humilitate sua. Nisi
enim esset humilis: nec manducaret: nec bi-
beret. Respice altitudinē ipsius. In prin-
cipio erat verbū: z verbū erat apud deū:
et deus erat verbū. Ecce cibus sempiter-
nus: sed manducāt angeli: manducant su-
perne virtutes: manducāt celestes spirit⁹:
z manducāt z saginātur: et integrū manet
quod eos faciat z letificat. Quis autē ho-
mo posset ad illum cibū: Unde cor tā ido-
neū illi cibo: Oportebat ergo vt mensa il-
la lactesceret: z ad puulos pueniret: En-
de autē fit cib⁹ lac: Unde cibus in lacte cō-
uertitur: nisi per carnē transiatur: Nā ma-
ter hoc facit. Quod māducat mater: hoc
māducat infans. Sed quia minus idone⁹
est infans: qui pane vescatur: ipsum panē
mater incarnat: z per humilitatē mamille
z lactis succū: de ipso pane pascit infantē.
Quō ergo de ipso pane paut nos sapien-
tia dei: Quia verbū caro factū est: z habi-
tauit in nobis. Et dicit ergo humilitatē: qz
panē angelorū manducauit homo: vt scri-
ptū est: Panē celi dedit eis: panē angelo-
rum manducauit homo: id est verbū illud
quo pascunt angeli sempiternū: quod est eq̄-
le patri: māducauit homo: qz cū in forma
dei esset: nō rapinā arbitratus est esse se eq̄-
lem deo. Sagināt̄ q̄ illo angeli. S; semet-
ipsum exinaniuit: vt māduicaret panē an-
gelorū homo: formā serui accipiēs in simi-
litudine hominū factus: z habitu inuētus
vt homo: humiliavit se factus obediēs vt
qz ad mortē: mortē autē cruel: vt iam d̄ cru-
ce cōmendaret nobis caro z sanguis dñi:
nouū sacrificiū: qz mutauit vultū suū corā
Abimelech: id est corā regno patris. Re-
gnū enim patris: regnū erat iudeorum.
Quomō regnū patris? Regnū David: re-
gnū Abrae. Nam regnū dei patris magis
ecclia qz populus iudeorū: sed fm carne
regnū patri populus israel. Dicitū est enim:
Et dabit ei deus sedē David patris sui.
Demonstratur ergo scdm carnē pater do-
mini esse David: scdm diuinitatē autē chri-
stus. Nō filius: s; dñs David. Iudei vo-

Scriptura Nova Legis

Aggredi p̄
h̄ iudic
in Causis

christū fm carnē norunt fm diuinitatē nō norunt. Ideo facit illis questionē ⁊ dicit: *Cur filii esse dicitis christū? Et responderūt filiū Dauid. Et ille: Quomō ergo Dauid in spiritu vocat eū: dñm vbi ait: Bixit dñs domino meo sede ad dexterā meā: donec ponaz inimicos tuos sub pedib⁹ tuis? Si ergo dauid in spiritu vocat eum dominū: quomō filius ei⁹ est? Et nō potuerunt illi respōdere: quia nō nouerāt in dño christo: nisi qđ videbat oculis: nō quod corde intelligebatur. Si autē intus haberēt oculos sicut habebāt foris: ex eo qđ foris videbant intelligerēt filiū Dauid: ex eo qđ intus intelligebant intelligerēt dominū Dauid. Mutauit ergo vultū suū coram Abimelech. Quid est ergo coraz Abimelech? Coram regno patrū. Quid est corā regno patris? Corā iudeis: Et dimisit eū ⁊ abiit. Quem dimisit? Ipsum populum iudeoz dimisit ⁊ abiit. Queris modo christū apđ iudeos ⁊ non inuenis. Tñ dimisit ⁊ abiit: Quia mutauit vultū suū. Habentes enim illi sacrificiū scđm Aaron: nō tenuerunt sacrificiū scđm ordinē Melchisedech: et amiserunt christū: ⁊ ceperunt eū habere gētes: quo non miserat ante precones. Nam ad illos pcones miserat: ipm Dauid Abram Isaac ⁊ Jacob Esaias Hieremā: ⁊ ceteros prophetas miserat: ⁊ pauci inde cognouerūt: ⁊ ipsi pauci in cōparatione peūtiū. nā multi erāt. Adilia em̄ legimus fuisse. Scriptū est: reliquie salue fiāt. Sed qris mō circūcisos christianos: ⁊ non inuenis. Erant autē de circūcisione recentib⁹ temporib⁹ fidei multa nulla circūcisorū. Queris mō ⁊ nō inuenis. Adrito nō inuenis: mutauit vultū suū corā Abimelech ⁊ dimisit eū ⁊ abiit. Et coraz Achis mutauit vultū suū: ⁊ dimisit eum ⁊ abiit. Ideo em̄ mutata sūt noīa: vt ad mysterij significationē nos excitaret mutatio nominū: ne putarem⁹ nō narrari aut cōmemorari in scripturis psalmoz: nisi qđ in libris regnōrū gestū inuenitur: ⁊ nō ibi qreremus figuras futurorū: sed tanq̄ res gestas acciperemus. Cū ergo nomina mutant quid tibi dicat: Clausum est hic aliquid: pulsa noli herere in littera: qz littera occidit: sed desiderā spiritū. spūs em̄ viuificat. Intellect⁹ spūalis: credentē saluū facit. Quō q̄ dimisit Achis regē: attēdite fratres. Achis dixi interpretari quō ē. Recordamini euāgelij: qñ loquebat dñs noster Iesus christus de*

corpore suo ait: Nisi quis manducauerit carnē meā ⁊ biberit sanguinē meū: non habebit in se vitā eternā. Caro em̄ mea vere est esca: ⁊ sanguis me⁹ vē potus ē. Et discipuli eius qui eum sequebantur expauerūt ⁊ exhorruerūt sermonē: non intelligentes: putauerūt nescio quid durū dicere dominū nostrū Iesum christū: qđ carnē eius quā videbant māducaturi erant: ⁊ sanguinē bibituri: ⁊ nō potuerunt tolerare: quasi dicētes: quō est. Error em̄ ⁊ ignorantia et stulticia in psona regis Achis. Ubi em̄ dicitur quō est: nō intelligit. vbi nō intelligit tenebre ignorantie sunt. Erat ergo in illis regnū ignoratiē: quasi rex Achis: id est regnū erroris eis dominabatur. Ille autē dicebat: Nisi q̄s māducauerit carnem meā ⁊ biberit sanguinē meum. Quia mutauerat vultū suū: quasi furor iste ⁊ infania videbatur dare carnem suā manducandā hominib⁹ ⁊ bibendū sanguinē. Ideo quasi infanus putat⁹ ē Dauid: qñ dixit ipse Achis: arrepticū huc mihi adduxistis. Nōne videt infania: māducate carnē meā ⁊ bibite sanguinē meū: Et quicūq̄ nō māducauerit carnē meā ⁊ biberit sanguinē meum: nō habebit in se vitā: Quasi insanire videbatur. Sed regi Achis insanire videbat: id est stultis ⁊ ignorantibus: ideo dimisit euz ⁊ abiit. Fugit corda eozū intellect⁹: nō euz possunt cōprehendere. Et quid dixerūt illi: Quasi quō ē: quod interpretatur Achis. Bixerunt enim: Quō pōt hic nobis dare manducare carnē suā? Arrepticum putabant dominū: ⁊ nescire quid loqueret⁹ ⁊ insanire. Ille autē qui nouerat qđ dicebat in illa mutatione vultus sui: ⁊ quasi furore et infania: sacramēta p̄dicabat et affectabat: ⁊ tympanizabat ad ostia ciuitatis. Querē dū ē qđ sit ⁊ ipse affectabat: ⁊ ad ostia tympanizabat: Nō sine cā dictū ē: p̄cidebat ad ostiū porte. non sine cā dictū ē: ⁊ saluē decurrebāt sup barbā eius. non frustra dicta sūt: s̄ idigēt intelligentia. Buiturn⁹ sermo onerosus eē nō debet. Nostis fratres iudeos ipos corā qbus ille mutauit vultū suū ⁊ dimisit eos ⁊ abiit hodie vacare. Si illi q̄ christū amiserūt quos dimisit ⁊ abiit: hñt in anē vacationē: nos habem⁹ fructuosaz vacationē: vt intelligamus christū q̄ illos dimisit ⁊ venit ad nos. Oīa nō frustra facta sunt: ⁊ in illo furore Dauid: qđ dicit affectabat ⁊ tympanizabat ad ostia ciuitatis: ⁊ ferebatur in manibus suis: ⁊ p̄cidebat ad

ostia porte: et salivæ decurrebant super barbā ei. Affectabat ille. Quid est affectabat? Affectū habebat. Quid est affectū habere? Quia cōpassus est infirmitatibus nostris: et ideo voluit ipsam carnē suscipere: in qua mortē occideret. Cōpassus est nobis affectasse dictus est. Ideo reprehendit Apollus eos qui duri sunt et sine affectu. Reprehendens enim quosdam ait: sine affectu: sine misericordia. Tibi est affectus ibi est misericordia: ubi misericordia est: miseratus est nos de supernis. Si exinaniri se nollet manens in ea forma in qua equalis erat patri sempiternus: in morte remansisset. Sed ut nos de morte sempiterna liberaret: qui nos peccatis superbie perduxerat: humiliavit se factus habitus usque ad mortē: mortē autem crucis. Ergo affectabat: quia pervenit usque ad mortē crucis. Et quoniam qui crucifigitur in ligno extenditur: ut autem tympanum fiat caro: id est corium: in ligno extenditur: Bictus est: et tympanizabatur: id est crucifigebatur: ligno extendebatur. Affectabat: id est affectum in nobis habebat: ut animam suam poneret pro omnibus suis. Tympanizabat: quomodo? Ad ostia civitatis. Ostium nobis est quod aperitur: ut credamus deum. Clausuramus ostia contra christum: et aperueramus diabolo. Contra vitam eternam clausum cor habebamus. Ille autem dominus deus noster: quia clausum cor habebamus: homines aduersus vitam eternam: nec poteramus videre verbum: quod videtur angeli: cruce aperiebat corda mortalium: hoc est tympanizavit ad ostia civitatis: et ferebat in manibus suis. Hoc vero fratres quomodo posset fieri in homine: quis intelligat? Quis enim portat in manibus suis? In manibus aliorum potest portari homo: in manibus suis nemo portat. Quomodo intelligat: in ipso David: secundum litteram non invenimus. in christo autem invenimus. Ferebat enim christus in manibus suis: quoniam commendans ipsum corpus suum ait: Hoc est corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus suis: ipsa est humilitas domini nostri Iesu christi: ipsa multum commendat hominibus. Ad ipsam nos hortatur fratres ut vivamus: id est humilitatem eius imitemur: ut percipiamus gloriam: et tenentes christum: vincamus superbiam. Procidebat enim ad ostia porte. Quid est procidebat? Ad humilitatem se ipse deiciebat. Quid est ad ostia porte? Initium fidei quod salvi efficiuntur. Nemo enim incipit nisi ab initio fidei: sicut dicitur in canticis canticorum: Venies et pertransies. Ab initio fidei pertransiri sumus facie ad faciem: sicut scriptum est: Dilectissimi filii dei sumus: et nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit: similes ei erimus:

quoniam videbimus eum sicuti est. Videbimus. Quoniam? Cum ista transierint. Audi etiam Paulum apostolum: Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciem. Antequam ergo videamus facie ad faciem: verbum quod videtur angelis: operatio nobis est adhuc ostium porte: ad quod perdidit dominus humilians se usque ad mortem. Quid est quod salivæ decurrebant super barbas eius? In hoc enim imitavit vultum suum coram Abimelech vel Achis: et dimisit eum et abiit. Non intelligentes dimisit. Ad quos abiit? Ad gentes. Ergo nos intelligamus quod ipsi non potuerunt. Decurrebant super barbam David salivæ: Quid est salivæ: Quasi verba infantilia. Salivæ enim currunt in infantibus. Nonne erant tamen infantilia verba: mādurate carnem meam: et bibe sanguinem meum: Sed ista infantilia verba tegebant virtutem ipsius. Virtus enim in barba intelligitur. Salivæ igitur decurretes super barbā eius quod sunt: nisi verba infirma virtutem eius te gentia: Intellexit ut arbitror sanctitas vestra titulum psalmi huius. Si velimus iam psalmum exponere: timendum est ne illa que audistis labatur de cordibus vestris. Titulum psalmi huius exposuimus: in nomine domini nostri Iesu christi. Quoniam crastinus dies dominicus est: et debemus vobis sermones: differamus in crastinum: ut etiam psalmi textum libenter audiat.

Sermo Secundus de eodem psalmo.

Qui hesternum die affuistis: non dubito quod meministis pollicitationis nostre. Tempus enim est in nomine domini debitum solvere. Ipse qui inspiravit ut promitterem: ipse dabit ut solvam: spiritus existentes debitorum caritatem. Ipsa est enim que spiritus reddunt et spiritus debentur: sicut dicit Apollus: Memini quicquid debetis: nisi ut invicem diligatis. Psalmi huius titulum heri exposuimus: cuius expositio cum nos diurno retineret: eiusdem psalmi textum exponendum distulimus. Audiamus enim quod spiritus sanctus per os prophete sancti sui dicat in isto sermone psalmi: quod congruat titulo quem hesternum die tractavimus. Qui non affuerunt tamen et hoc debitum petunt: ne forte per alios tardas moras facientes fraudem eos: quibus iam reddendum est quod debent: breuiter commemoratum agnoscant quantum prebit: qui hodie assunt et heri non affuerunt. Si quid autem eos movet quod diligentius interrogare debeant: patientes aures nostras inveniunt in nomine christi alios temporibus: ne ista modo occupent. Diximus scriptum esse in libro regnorum: quod David cum fugeretur Saul: latere voluit apud regem quendam

Appende quod dicitur. In
quod dicitur. In
quod dicitur. In
quod dicitur. In

Beth: nomine Achis. Sed cū gloria eius ibi fuisset cōmemorata: ne p̄ liuorē idē rex ad quē cōfugerat: aliquid in eū machinaretur: finxit insanā. Et quasi furore correptus: mutauit vultū suū. Et sicut legimus: Affectabat et tympanizabat ad ostia ciuitatis: et ferebat in manib⁹ suis: et p̄cidebat ad ostia porte. Et dixit rex Achis: Quid hic mihi adduxistis istū. Nunquā arreptio ego op⁹ habeo: Et sic eū dimisit: vt impleat qd̄ hic scriptū est: Mutauit vultū suū: et dimisit eū: et abiit. Dimisit autē rex Achis. Hic vero dictū est: q̄ mutauit vultū suū corā Abimelech: et dimisit eū: et abiit. Diximus autē nomina mutata esse: vt sacramentū ostenderet: ne si idem nomē repetitū esset in titulo psalmi: nō nobis p̄p̄tasse aliqd̄ in sacramēto: s̄ quasi gesta narasse videret. Vtrūq̄ autē nomē: magnum cōtinet sacramentū. Nā Achis interpretatur: quomō est. Abimelech interpretatur: pater mei regnū. In illo verbo qd̄ quomō est dicitur: ignorantia significat: vt verbū mirantis et nō agnoscentis intelligas. In isto autē qd̄ dicit Abimelech: regnū iudeorū significat. Et christi em̄ p̄sona pōt dici patris mei regnū: qz pater ipsius scdm̄ carnē Baud: et regnū Baud erat in gēte iudeorū. Corā regno ergo patris sui mutauit vultū suū: et dimisit eū et abiit: qz erat ibi sacrificiū scdm̄ ordinē Aaron: et postea ipse de corpore et sanguine suo instituit sacrificiū secundū ordinē Melchisedech. Mutauit ergo vultū suū in sacerdotio: et dimisit gentē iudeorū: et venit ad gentes. Quid est q̄ affectabat: Affectu plen⁹ erat. Quid em̄ tā plenū affectu: q̄ misericordia domini nostri Iesu christi: Qui vidēs infirmitatē nostrā: vt nos a sempiterna morte liberaret: tp̄alem mortē cū tanta iniuria p̄teliāq̄ suscepit. Et tympanizabat: qz tympanum nō fit: nisi cū coriū i ligno extēdit. Et tympanizabat Baud: significans qd̄ crucifigēdus eēt christ⁹. Tympanizabat autē ad ostia ciuitatis. Que sūt ostia ciuitatis: nisi corda nra q̄ clauseram⁹ p̄tra christū: qui d̄ tympano crucis apuit corda mortalū. Et ferebat in manib⁹ suis. Quō ferebat i manib⁹ suis: Quia cū p̄mēdaret ipm̄ corpus suū et sanguinē suū: accepit in manib⁹ suis qd̄ nostrū fideles: et ipse se portabat qd̄ amō cū diceret: hoc est corpus meū. Et p̄cidebat ad ostia porte: id ē humiliavit se. Hoc est em̄ p̄cidere: vsq̄ ad initū fidei nostre.

Ostium em̄ porte: initū fidei: vsq̄ incipit ecclesia et puenit ad speciem: vt cū credit ea q̄ nō videt: mereat̄ perfrui: cū facie ad faciem videre ceperit. Sic se habet titulus psalmi. Audiamus iā ipsa verba affectatis: et tympanizantis ad portam ciuitatis.

Expositio psalmi.

Benedicā dñm in omni tpe: sp̄ laus eius in ore meo. Sic christ⁹: dicat et christian⁹: qz et christian⁹ in corpore christi ē. Et p̄pterea christ⁹ hō: vt possit christian⁹ eē angel⁹: q̄ iā dicat Benedicā dño. Inquis: Quā bñdicā dñm: Aut tibi aliq̄s: Quā tibi bñfacit: qm̄ abūdāt sc̄laria: qm̄ multū abūdāt frumētū: olei: vini: auri: argenti: mācipiorū: pecorū: salusq̄ ista mortalū iuulnerata et incorrupta p̄sistit: ea q̄ nascūt̄ crescūt oīa: nihil imatura morte strahit: felicitas tota abūdāt in domo: circūfluūt oīa: tūc bñdices dñm. Hō: S̄ in omni tpe. Ergo et tūc: et qm̄ ista s̄m̄ t̄pus et s̄m̄ flagella dñi dei nostri turbant: auferunt: minus nascunt: iam nata dilabunt: fugiūt em̄ h̄. Et inde sequit̄ penuria: egestas: labor: et dolor: tēptatio. Sed tu q̄ caritas tibi: Benedicā dñm in omni tēpe: semp̄ laus ei⁹ in ore meo: et qm̄ ista dat: bñdic. Et qm̄ ista tollit: bñdic. Quia ille dat: ille tollit: sed seipm̄ a bñdicente nō tollit. Quis ē autē q̄ bñdicat dñm in omni tpe: nisi hūilis corde. Ip̄am em̄ hūilitatē: docuit dñs n̄ in corpore et in sanguine suo: qz cū cōmēdat corp⁹ et sanguinē suū: hūilitatē suā cōmēdat. In eo qd̄ in ipsa historia scriptū ē: in illo qm̄ furore Baud: qd̄ p̄termisim⁹: et saluē decurrebāt sup̄ barbā ei⁹: cum legeret Ap̄lus: audisti ip̄as saluas: s̄ decurrētes sup̄ barbā. Sic aliq̄s: Quas saluas audiui⁹: Nōne mō lect⁹ ē Ap̄ls cū dicit: Iudei signa petunt: et greci sapientiā querūt: Nō lectū est: Nos autē predicamus inqt̄ christū crucifixū. Tunc tympanizabat iudeis quidē scandalū: gentibus autē stulticiā: ipsis vero vocatis iudeis et grecis christum dei virtutē et dei sapientiā: quia quod stultū est dei: sapiētius est hoīb⁹: et qd̄ infirmū est dei: fortius est q̄ hoīes. Saluē em̄ significant stulticiā: saluē significāt infirmitatē. Sed si quod stultū est dei: sapiētius est hoīb⁹. et qd̄ infirmū est dei: fortius est q̄ hoīes: nō tanq̄ saluē offendāt: sed attende: quia super barbā decurrunt. Quō em̄ saluē infirmitas: sic barba virt⁹ ostēditur. Lexit ergo virtutē suā corpore

3. Cantabrigie, 1680

psalmus in dno. qui in manu. et in iudicio. et in

infirmi-
tatis sue. Et qđ forinsec⁹ infirmaba-
tur: tanqđ in salua apparebat. intus aut di-
uina virt⁹ tanqđ barba tegebat. Ergo hūi-
litas nobis cōmēdat. Esto hūilis: si vis bñ
dicere dñm in omni tēpe: et sp laus eius sit
in ore tuo: qđ et Job non tm̄ bñdixit dñm:
qñ abūdabāt illi oīa quib⁹ eū legitimus di-
uitē fuisse: et pecore: et seruis: et domo: felice
silijs: et oībus rebus. Ablata sunt oīa vno
tpe: et impleuit qđ in hoc psalmo scriptū ē:
dicēs: Bñs dedit: dñs abstulit: sicut dño
placuit: ita factū ē: sit nomē dñi bñdictus.
Ecce habes exēplū bñdictis in omni tpe:
Quare autē bñdicit dñm hō in omni tpe:
Quia hūilis est. Quid ē esse hūilē: Nol-
le in se laudari. Qui in se vult laudari sup-
bus est. Qui supbus nō est: hūilis est. Nō
vis qđ esse supbus vt possis eē hūilis: dic
qđ dictū est. In dño laudabit ani-
ma mea: audiāt māsueti et letent.
Ergo qui nō in dño volūt laudari: nō sunt
māsueti: sed truces: asperi: elati: supbi. Iu-
menta māsuetā vult habere dñs. Esto iu-
mentū dñi: id est esto mansuetus. Sedet il-
le sup te: ipse reget te: noli timere ne offen-
das: et eas in p̄ceps. Infirmi-
tas qđem tua est: s̄ attēde quis tibi p̄sīdeat. Pullus asi-
ni es: s̄ christū portans. Nā et ipse in pullo
asini venit ad ciuitatē: et fuit illud iumentū
māsuetū. Nunqđ laudabat iumentū illud:
Nunqđ iumento dicebat: osāna filio Dauid:
bñdictus q̄ venit in nomine dñi. Asellus
portabat: sed ille q̄ portabat a p̄cedentib⁹
et sequētib⁹ laudabat. Et dicebat forte iu-
mentū: In dño laudabit aīa mea: audiāt
māsueti et letent. Nunqđ illud dixit ille asi-
nus fratres: sed dicat illud p̄plus q̄ imitat
iumentū illud: si vult portare dñm suum.
Irascat forte p̄plus: qđ cōparat asello in q̄
sedet dñs: Et dicēt mibi aliq̄ supbi et elati:
ecce asinos nos fecit. Sit asinus dñi q̄sq̄
hoc dic: ne sit equ⁹ et mulus: quib⁹ nō ē in-
tellectus. Hostis em̄ psalmū vbi dicit: Noli
te eē sicut equ⁹ et mulus: quib⁹ nō est intel-
lect⁹. Equus em̄ et mul⁹ erigūt ceruicē ali-
qñ: et sua ferocitate excutiunt a se sefforē su-
um. Romant̄ frenus: chamō: vberibus: do-
nec discāt subijci: et portare dñm suū. Tu
autē anqđ freno tundant̄ ora tua: esto man-
suet⁹: et porta dñm tuū. Noli in te velle lau-
dari: s̄ laudet ille qui sup te sedet: et dices:
In dño laudabit aīa mea: audiāt mansue-
ti et letent. Nā qñ audiūt nō māsueti: nō le-
tant̄: sed irascunt̄: et ipsi sunt qui dicūt: qđ

asinos eos fecerimus. Qui em̄ mansueti
sunt: dignent̄ audire: et esse qđ audiūt. Se-
quit. Magnificate dñm mecum:
Quis est iste q̄ exhortat: vt magnificemus
cum illo dñm: Quisq̄ est fratres in corpe
christi: ad hoc debet dare opam: vt magni-
ficetur cū illo dñs. Amat em̄ dñm quisq̄
est iste. Et quō illum amat: vt nō inuideat
coamatori suo. Quisq̄ em̄ amat carnali-
ter: necesse est vt cum zelo pestifero amet.
Si qđ forte mangonū viderit rē quā pesti-
fero amore desiderauit: nūquid vult vt vi-
deat illā et alijs: Necesse est vt zelo et liuo-
re saucietur: si alius eā viderit. Et sic serua-
tur: vt ille solus eā videat: et quilibet alius
nō videat: aut nec ipse. Nō sic est sapiētia
dei. Tudebim⁹ illā facie ad facie: et oēs vi-
debimus: et nemo se sibi celabit. Oibus se
exhibet: et integra est et casta est oibus. Illi
mutant̄ in eā: et ipsa in eos nō mutat. Ipse
est veritas: ipse est de⁹. Nunqđ aliqñ audi-
stis fratres: qđ potuerit cōmutari deus no-
ster: Supcimmens oīb⁹ vītas ē: verbū dei
est: sapiētia dei est: p̄ quē facta sūt oīa. Ha-
bent amatores suos. S̄ qđ dicit amator
ipius: Magnificate dñm mecum. Nolo so-
lus magnificare dñm: nolo solus amare:
nolo solus amplecti. Nō em̄ si ego amplex⁹
fuero: nō habet alius vbi man⁹ ponat. La-
tudo tanta ē in ipsa sapientia: vt oēs ani-
me amplectātur et p̄fruant̄. Et qđ dicā fra-
tres: Erubescāt qui sic amāt deū: vt inui-
deāt alijs. Aurigā p̄diti hoīes amant: et qđ
quis amauerit aurigā aut venatores: vult
vt totus p̄pls cū illo amet: et hortat et dicit:
amate mecum illū pantomimū: amate mecum
illū: et illam turpitudinē clamat in p̄plo: vt
amet cū illo turpitudō: et christian⁹ nō cla-
mat in ecclia: vt amet cū illo vītas dei. Ex-
citate qđ in vobis amatores fratres: et clama-
te vnicuiq̄ vestroz: et dicite: Magnificate
dñm mecum: Sit in vob̄ iste seruo. Quare
vobis recitant̄ ista et exponūt: Si amatis
deū: rapite oēs ad amorē dei: q̄ vobis iun-
gunt̄: et oēs q̄ sūt in domo vestra. Si ama-
tur a vobis corp⁹ christi: id ē vītas ecclie:
rapite eos ad fruendū: et dicite: Magnifi-
cate dñm mecum. Et exaltem⁹ nomē ei-
us in idipsum. Quid ē exaltem⁹ nomē ei-
us in idipsum: Hoc ē in vñū. Nā multi codi-
ces sic hñt: Magnificate dñm mecum: et ex-
altem⁹ nomē ei⁹ in vñū. Siue i idipm dicat:
siue in vñū: s̄ idē dicit. Ergo rapite qđ pote-
st̄ hortādo: portādo: rogādo: disputādo:

ratione reddendo: cum mansuetudine: cum lenitate. Rapite ad amore: ut si magnificat dominum: in unum magnificet. Et pars Bonati videt sibi magnificare dominum. Quid eos offendit orbis terrarum: Bicam illis: Fratres magnificate dominum mecum: et exaltem nomen eius in unum. Quare in passione vultis magnificare dominum: Ille unus est: quare duos populos vultis facere deo: Quare vultis dissipare corpus christi: Lerte enim ipse pendebat in cruce quasi tympanizabat. Et cum penderet in cruce emisit spiritum: et venerunt illi qui eum suspenderat: et inuenerunt eum emisisse spiritum: et non illi fregerunt crura. Latronibus autem ad huc in cruce viuentibus fregerunt: ut per ipsum dolorem compendio mortis ab illo cruciatu liberarentur: quomodo solebat crucifixis fieri. Ergo venit persecutor: inuenit dominum quiete deposuisse spiritum: quia ipse dixit: Intra habeo ponendi animam meam. Pro quibus posuit animam suam: Pro vniuersa plebe sua: pro toto corpore suo. Venit. n. persecutor: et non fregerunt crura christi. Venit Bonatus et dirupit ecclesiam christi. Intra corpus christi in cruce inter manus persecutorum est: et inter manus christianorum non est integrum corpus ecclesie. Clamem ergo fratres cum gemitu quantum possumus: dicentes: Magnificate dominum mecum et exaltemus nomen eius in unum. Ecclesia enim illis clamat. Vox est ecclesie clamans illis: qui se precipitauerunt. Unde enim dirupti sunt: Per superbiam. Vocet autem christus humilitate: cum commendat corpus et sanguinem suum: quod diximus sanctitati vestre in hoc psalmi textu agi et celebrari: vbi commendat corpus et sanguis christi: vbi commendat humilitas christi: quam pro nobis suscipere dignatus est. **Inquisiui dominum et exaudiuit me:** **Ubi exaudiuit dominus:** Intus. **Ubi daturus:** Intus. **Ubi oras:** ibi exaudiris: ibi beatificaris. **Orasti:** exaudireris. **Beatificatus es:** et non scit qui iuxta te stat. **Bestia est totum in occulto:** sicut dominus in euangelio dicit: **Intra in cubiculum tuum:** claudere ostium tuum: et ora in occulto: et pater tuus qui videt in occulto: reddet tibi. **Quia ergo intras cubiculum tuum:** intras cor tuum. **Beati qui gaudent** quando intrant ad cor suum: et nihil mali ibi inueniunt. **Attendant sanctitas vestra:** quod nolunt intrare domos suas: qui habent malas uxores: quod exeunt ad foras et gaudent. **Leuit hora esse qui intraturi sunt in domum suam:** et stristatur. **Intraturi sunt. n. ad tedia:** ad murmura: ad amaritudines: ad euersiones. **Quia non est domus composita**

vbi inter virum et uxorem pax nulla est. Et melius illi est foras circuire. Si ergo miseri sunt: qui cum redeunt ad parietes suas: timet ne aliquibus suorum perturbationibus euertantur: Quia sunt miseres: qui ad conscientiam suam redire nolunt: ne ibi libus peccatorum euertantur. Ergo ut possis libere redire ad cor tuum: munda illud. **Beati. n. mundicordes:** quoniam ipsi deum videbunt. **Aufer inde cupiditatem sordes:** aufer labez auaricie: aufer trabem superstitionum: aufer sacrilegia: et malas cogitationes: odia non dico aduersus amicum: sed etiam aduersus inimicum. **Aufer ista omnia intra cor tuum:** et gaudebis ibi. **Quia ibi ceperis gaudere:** ipsa mundicia cordis tui delectabit te: et faciet orare. quod si venias ad aliquem locum: silentium est ibi: forte quies est ibi: mundus est locus: oremus hic dicis: et delectat te compositio loci: et credis quod ibi te exaudiat deus. Si ergo loci visibilis te delectat mundicia: quare te non offendit immundicia cordis tui. **Intra: munda omnia:** leua oculos tuos ad deum: et statim exaudiet: **Clama et dic:** Inquisiui dominum et exaudiuit me. **Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.** Quare: **Quia cum fueris illuminatus:** cum ceperis habere bonam conscientiam: restant tribulationes: quia restat aliquid infirmum. **Bonec mors absorbeat in victoria:** et mortale bestia induat immortalitatem: necesse est ut in hoc seculo flagelleris: necesse est ut aliquis temptationes suggestisq; patiaris. **Quia dabit deus omnia:** eruet te ab omni malo et tribulatione: ipsum querere. **Et inquisiui dominum: et exaudiuit me.** Qui ergo non exaudiunt: non dominum querunt. **Intra datur sanctitas vestra:** **Non dixit inquisiui auxilium a domino et exaudiuit me:** Inquisiui a domino se nequitie et exaudiuit me: **Inquisiui a domino bestia illud et exaudiuit me.** Aliud est aliquid inquirere a domino: aliud ipsum dominum inquirere. **Inquisiui inquit dominum et exaudiuit me.** Tu autem quando oras et dicis: **Occide illum inimicum meum:** non dominum inquiris: sed quasi facis te iudicem super inimicum tuum: et facis questionarium deum tuum. **Unde scis:** ne melior te sit cuius morte queris: **Eo ipso forte:** quia ille non querit tuam. **Ergo noli aliquid a domino extra illum querere:** sed ipsum dominum querere: et exaudiet te: et ad huc te loquente dicit: ecce assu. **Quid ecce assu:** Ecce pater sum. **Quid vis:** quod a me queris: **Quicquid tibi dederis vilius est quam ego:** **Quia ipsum habe:** me fructus: me amplectere: non datur

Alla fra
Inquisiui.

potes totus: ex fide cōtinge me et inherēbī mibi. Hoc tibi deus dicit: et cetera onera tua ego a te deponā: ut tot⁹ mibi liberēas: cum hoc mortale tuū ad immortalitatem conuertero: ut sis equalis angelis meis: et semp videas facies meā et gaudeas: et gaudiū tuū nemo auferet a te: qz inquisisti dominū et exaudiuit te: et ex omnib⁹ tribulationib⁹ eruit te. **B**iximus qd esset exhortatus amator ille: q̄ vult amplecti qd amat et dicit. **A**ccedite ad eum et illuminamini: **B**icit enī qd ipse pbauit. **S**piritualis enī quidā in corpe christi: vel etiā ipse dñs noster Iesus christ⁹ fm carnē caput exhortās mēbra cetera: quid dicit: **A**ccedite ad eum et illuminamini. **A**ut potius christianus aliq̄s spiritualis ad ipsū dñm nostr⁹ Iesum chustū inuitat ut accedam⁹: **S**z accedamus ad eū ut illuminemur: nō quō ad eū accesserūt iudei ut tenebrarēf. **A**ccesserūt enī ad illū ut crucifigerēt: nos ad eum accedam⁹: ut corpus et sanguines eius accipiam⁹. **I**lli de crucifixo tenebrati sunt: nos manducādo crucifixū et bibēdo illuminamur. **A**ccedite ad eū et illuminamini: **E**cce ad gētes dicit: **C**rucifixus christus inter iudeos erat seuiētes et vidētes: gentes absentes erāt. **E**cce illi accesserunt q̄ in tenebris erāt. et qui nō viderūt illuminati sunt. **E**nde accedūt gētes: **F**ide secādo: corde inbiando: caritate currendo. **P**edes tui: caritas tua ē. duos pedes habeto: noli esse claudus. **Q**ui sunt duo pedes: **D**uo p̄cepta dilectionis: dei et pximi. **I**stis pedibus curre ad deū: accedis ad illum: quia et ut curreres ipse hortatus est: et ipse suū lumē aspersit se: ut magnifice et diuine se seq̄ possit. **E**t vult⁹ vestri nō erubescant. **A**ccedite inquit ad eū et illuminamini: et vultus vestri nō erubescant. **N**on erubescet vultus nisi supbi. **Q**uare? **Q**uia elat⁹ vult esse: et qñ fuerit passus ptu meliā: aut ignominia: aut casū sc̄li: aut aliā quā afflictionē: erubescet. **S**z noli timere: accede ad eū et nō erubescet. **Q**uicqd tibi fecerit inimic⁹: videf te supior eē apd̄ hoies: s̄ tu apud deū superior illo es. **E**go cepi: ego ligauī: ego interfeci: **Q**z supiores videbātur sibi iudei qñ dominū colaphizabant: qñ spuebāt in faciē eius: et de canna pcutiebāt caput: qñ spinis coronabāt: qñ tunica ignominiosa circū dabāt: **Q**z supiores erant: et ille videbat inferior: qz p̄cebat ad ostia porte: s̄ ille nō erubescerat.

Alia fra.
et facies vestre
nō confundent

Lumē enī erat verū: qd illuminat oēm hominē venientē in hūc mundū. **S**icut. n. lux mē nō pōt p̄fundi: sic et illuminatū p̄fundi nō sinit. **A**ccedite ergo ad eū et illuminamini: et vultus vestri nō erubescant: **S**z dicit aliq̄s: **Q**uō ad eū accedo? **T**antis malis: tātis pctis oneratus sum: tāta scelera clamant de cōscientia mea: **Q**uō audeo accedere ad eū? **Q**uō? **S**i hūiliaueris te p̄ penitentia. **S**z erubescō aut penitentia agē. **A**ccede ḡ ad eū et illuminaberis: et vult⁹ tu⁹ nō erubescet: **S**i enī timor erubescēdi reuocat te a penitētia: penitētia aut facit te accedere ad deū: nō vides qz penā gestas in vultu: qz id erubuit vultus tu⁹: qñ nō accessit ad dñm. **I**deo nō accessit: qz nō vult agē penitentia: sicut attestat p̄ba. **I**ste inops clamauit et dñs exaudiuit eum. **B**ocet te quō exaudiar? **I**ō nō exaudir: qz diues es: forte clamaueras: et nō exaudiebaris. **A**udi q̄re iste inops clamauit: et dñs exaudiuit eū. **I**nops clamat: et exaudiuit dñs. **E**t quō clamabo inops? **E**t si habes aliqd: nō inde presumas de viribus tuis: ut intelligas te indigentes: ut intelligas te tandiu esse pauperē: q̄ diu nō habes illuz q̄ fecit et diuīte. **Q**uō aut dñs exaudiuit eū? **E**t ex oibus inqt̄ tribulationib⁹ eius saluū fecit eū. **E**t quō saluos facit ab oibus tribulationib⁹? **I**mmittit angelus dñi i circuitu timētū eū: et eruet eos: **S**icut scriptū ē fratres: nō quō habēt aliq̄ mēdosi codices. **I**mmittet angelū dñs i circuitu timētū eum et eruet eos: s̄ sic: **I**mmittet angelus dñi i circuitu timentū eū et eruet eos. **Q**uē hic dixit angelum domini: qui immittit i circuitu timentū eum: et eruet eos. **I**pse domin⁹ noster Iesus christus i prophetia dictus est magni cōsiliij angelus: magni cōsiliij nuncius. **S**ic illum dixerunt prophete. **I**pse ergo magni cōsiliij angelus: id est nuncius: immittit in eos qui timent dominum et eruet eos. **N**oli ergo timere ne lateas. **U**bicunqz dominū timueris: nouit te ille angelus: qui imittit i circuitu et eruet te. **A**perte mō de ipō sacramēto vult dicere: qd ferebatur i manibus suis. **D**ustate et videte quoniam suavis est domin⁹: **N**ōne aperit se psalmus: et ostēdit tibi illā q̄si insania et furore p̄stātē: et sanā et sobriā ebrietatē ill⁹ **D**avid q̄ figurate sacmētū dñicū ostēdebat: qñ illi miserī corā rege Achis dixerūt quomodo ē? **Q**ñ dicebat domin⁹: nisi qd

Alia fra.
et pauper

Alia fra
et terripet

manducauerit carnē meā: et biberit sanguinem meū: nō habebit in se vitam: Et illi in quibus regnabit achis: id est error et ignorantia: quid dixerūt: Quomō iste poterit nobis dare carnem suā māducare: Si ignoras gusta et vide q̄ suavis ē dñs: Si autē nō itelligis: rex es achis. Immutabit facie suā: et recedet a te: et dimittet te et abiit. **Beatus vir qui speret i' eū.** Hoc qd op' ē diu exponi: Quisq̄ nō sperat in dño miser ē: Quis ē q̄ nō spat i' dño: Qui i' se sperat aliqñ. Qd per' est fratres mei attēdite: aliqñ hoies nolūt sperare i' se: s̄ in alijs hoibus. Salua salute ait ei: nihil mihi potes facere. Et forte loquit de hoie iam mortuo in ista ciuitate. Bicit salua salute illius. Et ille in alijs locis forte mortuus est. Et q̄ cito dicunt hoies hoc. Et nō dicūt: credo deo: qz nō te p̄mittit nocē mihi. Nō dicūt: credo deo meo: qz et si te p̄mittit ad aliquid meū: ad animā meā non te p̄mittit. Sed cuz dicūt: salua salute illius: nec ipsi volūt habere salutē: et illos grauāt p̄ quos putant habere salutē. **Timete dñm omnes sancti eius: q̄a nihil deest timentibus eū.** Adula em̄ p̄pterea nolunt timere dominū: ne famē patiantur. Bicit illis: nolite fraudē facere. Et dicūt: vnde me pasco: Nō pōt ars sine impostura esse: nō pōt negociū sine fraude. S; fraudē punit deus: timete deum: sed si timero deū nō habeo vnde viuā. Timete dñm oēs sancti eius: qm̄ nihil deest timentibus eū. Copiā p̄mittit trepido et dubitanti: ne si forte timuerit dominū deserant illi superflua. Pascebat te dñs contēnentem se: et deseret te timentē se. Attende et noli dicere: ille diues est: et ego pauper sum: ego timeo dñm: ille nō timendo quātū acquisiuit: et ego timendo nudus sum. **Chidete qd sequit.** **Diuites eguerūt et esurierunt inquirentes autē dñm nō minuēt omni bono.** Si ad litterā accipias videtur te fallere. Respicis em̄ multos diuites iniquos mori in diuitijs suis: nō factos fuisse pauperes cū viuūt: vides illos senescere: p̄duci ad vltimū vite inter magnas copias diuitiarū: celebrari eis pompā funeris in magnis effusionibus: p̄duci vsq̄ ad sepulchz diuitem: qui et expirauit in lectis eburneis circūflente familia suoz: et dicis in animo tuo: si forte nosti aliqua et peccata et scelera ipsius: ego noui qz tanta fecerit iste homo: ecce senuit: mortuus est

in lecto suo: deducunt illū sui: pompa tantū funeris celebratur: agnouit que fecerit: de cepit me scriptura: et sefellit vbi audio et cāto: diuites eguerūt et esurierunt. Quādo iste inops fuit: quādo esuriuit. Inquirentes autē dominū nō minuēt omni bono. Quotidie ad basilicā surgo: quotidie genuflecto: quotidie inquirō dominū: et nihil boni habeo: iste nō inquisiuit dñm: et inter tanta bona defunctus est. Sic cogitantes suffocat laqueus scādali. Escam em̄ mortalē querit in terra: et verā mercedē nō querit in celo: et mittit caput in laqueuz diaboli: cōstringuntur ei fauces: et tenet diabolus ad malefaciendū: et sic imitatur illum diuitem quē videt in tāta copia defunctū. Noli ergo sic intelligere. Et quomō intelligā: In bonis spiritualib'. Sed vbi sunt nō videntur oculis: sed corde. Non video ipsa bona. Videt illa qui amat. Justiciā nō video. Nō em̄ aurum est: nō em̄ argētuz est: Si aurū esset videres: quia fides est: nō vides. Et si nō vides fidem: quare amas seruū fidelē: Interroga teipsum qualē seruū diligis. Forte habes seruū formosū: staturōsum: bene compositū: furē: nequā: fraudulentū. Habes autē alium forte paruum statura: deformē facie: colore tetro: si delem: parcū: sobriū: attende rogo te: quē istorū duozū diligis: Si oculos carnis interrogas: vincit apud te pulcher iniustus: si oculos cordis: vincit deformis fidelis. Chides ergo quod vis vt exhibeat tibi alter: id est fidez: exhibe illi et tu. Quare gaudes ad eum qui fidē tibi exhibet: et laudas eum his bonis: Ergo que non vidētur nisi oculo cordis: cū repletus fueris pauper eris. Et ille diues: ideo fuit: quia habebat lectū eburneū: et tu pauper es: cuius cubiculum plenū est tantis gemmis virtutū: iusticie: veritatis: caritatis. fidei: patientie et tolerātie: Explica diuitias tuas: habes illas: et cōpara diuitijs diuitū. At ille in mercato inuenit mulas preciosas: et emit eas. Si fidē inuenires venalē: quātū p̄ illa dāres: quā te voluit deus gratis habere: et in gratus es: Egent ergo illi diuites: egent: et quod ē grauius pane egēt. Ne forte putetis: qz auro egent et argento: q̄q̄ et hoc egent. Quātū habuit quidā: et quis eum sciauit: Sic mortuus est egens: quia plura volebat acquirere: q̄ tenebat. Egent et pane. Quare egēt et pane: Si itelligis panē: ille em̄ dixit: Ego sum panis viuus qui de

Alia fra
7co

Alia fra.
7qm̄ nō est
inopia.

figurative panis viuus
est quod dicitur.

celo descendi: et beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quoniam ipsi saturabuntur. Inquirentes autem dominum non minuentur omni bono: Sed quo bono iam diximus? Venite filii audite me: timore domini docebo vos. Putate fratres quia ego dico: putate quia David dicit: putate quia Apostolus dicit: imo putate quia ipse dominus noster Iesus christus dicit: Venite filii audite me. Audiamus illi simul: audite illi per nos. Vocare enim vult ille humilis: ille tympanizans: ille affectans docere nos vult. Et quid dicit: Venite filii audite me: timore domini docebo vos. Voceat ergo: prebeamus aurem: prebeamus cor. Non aperiatur aures carnis: et cordis claudamus: sed sicut ipse dicit in euangelio: Qui habet aures audiendi audiat. Quis novit audire docentem christum per prophetam? Quis est homo qui vult vitam: et diligit videre dies bonos? Interroga. Nonne ois in vobis respondet: ego? An quis est in nobis qui non diligit vitam id est qui non vult vitam: et non diligit videre dies bonos? Nonne quotidie hoc murmuratis: et hoc dicitis: quod diu ista patimur: quotidie peiora et peiora. Apud parentes nostros fuerunt dies letiores: fuerunt dies meliores. Quod si interrogares ipsos parentes tuos: similiter tibi de parentibus murmuraret. Fuerunt beati patres nostri: nos miseri sumus: malos dies habemus. Bonum autem est ille: putabam quia illo mortuo posset aliquid refrigerium dari: deteriora venerunt. Deus ostende nobis dies bonos. Quis est homo qui vult vitam: et diligit videre dies bonos? Non hic querat dies bonos. Bonam rem querit: sed non in regione eius illam querit. Quomodo si aliquem iustum quererem in ea patria ubi non habitaret: dicerem tibi: bonum virum queris: magnum virum queris: quere illum: sed noli hic. Superfluo hic eum queris: nunquam eum inuenturus es. Dies bonos queris: simul eos queram: nolite hic. Sed habuerunt illos patres nostri. Fallimini. Omnes hic laboraverunt. Legite scripturas. Ideo voluit deus ut scriberent: ut nos consolaremur. Lapis Helisei famas: passi sunt eam patres nostri. Capita iumentorum mortuorum: auro vendebatur: occiderunt suos: et comederunt eos: Et due mulieres statuerunt in se ut occiderent filios suos et manducarent. Occidit una filium suum: et manducaverunt eum ambe: alia volebat occidere filium suum: et erigebat illa que prius occiderat filium: et talis rixa venit

ante regem. Adduxerunt se ad regem: ostendentes de interfectione filiorum. Beati talibus cibis auertat deus ea que legimus: Semper dies mali in seculo: sed semper dies boni in deo. Habuit dies bonos Abraham: sed intus in corde. Habuit dies malos quando a fame mutavit regionem: et querebat cibum. Sic omnes quesierunt. Paulus habuit dies bonos: qui dicit: In fame et siti: in frigore et nuditate: Sed non irascatur serui: Ipse dominus non habuit dies bonos in hoc seculo: contumelias: iniurias: crucem: et tanta mala patiebatur. Non ergo christianus murmuret: videat cuius vestigia sequatur. Sed si dies bonos amat: audiat docentem et dicentem: Venite filii audite me: timore domini docebo vos. Quid vis? Vitam et dies bonos: Audi et fac. Contine linguam tuam a malo: Facite illud. Nolo dicit homo miser: et linguam meam nolo continere a malo: et vitam volo et dies bonos. Si operarius tuus tibi diceret: et vasto istam vineam: et erigo a te mercedem: Adduxisti me ad vineam ut falcitem illam et putem: concido omnia ligna vitilia: precidam ipsa robora vitium: ut non hic habeas quod colligas: et cum fecero ista: redditur es mihi laborem meum: nonne insanum illum dicerem? Nonne illum de domo tua repellerem antequam mitteret manum ad falces? Tales sunt homines: qui et facere volunt mala: et iurare mendacium: et blasphemare contra deum et murmurare: et fraudem facere et inebriari: et litigare: et adulterari: et ligaturas adhibere: et ire ad sortilegos: et dies bonos videre. Dicat illi. Non potes male facies quare bonam mercedem. Si tu iustus es: iustus erit et deus. Ergo quid facias? Quid vis? Vitam volo: dies bonos volo. Contine linguam tuam a malo: Et labia tua ne loquantur dolium. Id est nulli fraudem facias: nulli mendacium. Sed quid est? Declina a malo: Pax est: nulli nocuas: nullum occidas: non fureris: non adulteres: non fraudem facias: non falsum testimonium dicas: declina a malo. Cum declinaueris: dices securus sum: perfecimus omnia: habebimus vitam: videbimus dies bonos. Non solum: declina a malo. Sed et fac bonum. Partum est ut non expolies vestitum: vestitum nudum. Si non expolaueris declinasti a malo: sed non facies bonum: nisi cum peregrinatus susceperis in domum tuam. Ergo sic declina a malo: ut facias bonum. Quere pacem et sequere eam. Non tibi dixit: habebis hic potestatem: quere illam et sequere. Quo eas sequor? Quo precessit.

Alia ista
† prohibe.

Alia ista
† inquire.

Domini enim est pax nostra: surrexit et ascendit in celum. Quere pacem et sequere illum: quia tu cum surrexeris: hoc mortale mutabis: et amplecteris pacem: ubi tibi nemo molestus erit. Ibi est perfecta pax: ubi non esuries. Nam hic tibi pacem facit panis: subduc panem: et vide quale bellum erit intra viscera tua. Ipsi iusti quomodo gemunt hic fratres: ut sciat quod querimus hic pacem: consequemur autem in fine. Sed ex parte hic habeamus ut ex toto illic habere mereamur. Quid est ex parte: Cordes simus hic: diligamus primum quomodo nos: sic dilige fratrem quomodo teipsum: habet cum illo pacem. Sed non possunt nisi existere aliqua: quod inter fratres et inter sanctos extiterunt: inter Barnabam et Paulum. sed non que occideret concordiam: non que interimeret caritatem. Nam et tibi ipsi resistit aliquando: et tamen non te odisti. Dis enim que penitet aliquid rixam secum. Peccant: redit: irascitur sibi in seipso hoc fecisse: illud commisisse. Rixam ergo secum habet: sed ista rixa ad concordiam tendit. Unde quomodo secum rixetur: et dicat quidam iustus: Quare tristis es anima mea: et quare turbas me: Spera in domino quoniam confortabor illi. Cum dicit anime sue: quare turbas me: turbabat illum. Golebat forte ipse pati pro christo: et anima ipsius contristabatur. Et ille qui sciebat et dicebat: Quare tristis es anima mea et quare turbas me: pacem adhuc non secum habebat: sed ex mente herebat christo: ut sequeretur illum anima eius: et non illum conturbaret. Ergo qui rite pacem fratres: dominus dixit: hec loquor vobis ut in me habeatis pacem. Pacem in terra vobis non permitto. In ista vita pax vera non est: nec tranquillitas. Gaudium immortalitatis: societas angelorum permittit: si quis non illam cum se habet: nec illam habebit cum venerit.

Oculi domini super iustos: Non ergo timere: labora: oculi domini super te sunt. Et aures eius ad preces eorum. Quid vis amplius. Si murmurantem servum in domo magna non audiret paterfamilias: quereretur et diceret: quanta hic patimur: et nemo nos audit: Nunquid dicas illud de deo: quanta hic patior: et nemo me audit: Si audiret me: forte diceret: tolleretur mihi tribulatio. Clamo et tribulor. Tanti tu tene vias eius. Et qui tribularis: audit te. Sed medicus est. Adhuc putre habes nescio quid. Clamas. Sed adhuc secat: et non tollit manum: nisi secuerit quoniam tu vides. Etenim medicus crudelis est: qui ex audit hominem: et parcat vulnere et putredini.

ni. Matres quomodo fricant in balneis ad salutem filios: Nonne parvuli clamant inter manus earum. Ille ergo crudeles sunt ut non parcant: non exaudiant lachrymas. Nonne plene sunt pietate: Et tamen clamant pueri: et non eis parcat. Sic et deus noster plenus est caritate: sed ideo videtur non exaudire ut sanet et parcat in sempiternum. Oculi domini super iustos: et aures eius ad preces eorum. Forte dicitur mali: ego securus facio mala: quod non super me sunt oculi domini. Nam deus ad iustos attendit: me non videt: et quicquid securo facio. Statim subiecit videns cogitationes hominum spiritus sanctus et ait: Oculi domini super iustos: et aures eius ad preces eorum. Vult autem domini super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum. Clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum eruit eos. Iusti erant tres pueri: de camino clamauerunt ad dominum: et laudibus eorum ignes friguebant. Accedere et ledere flamma non potuit laudantes deum innocentes et iustos pueros: et eruit eos de flamma. Bicit aliquis. Ecce vere iusti qui exauditi sunt: sicut scriptum est: Clamauerunt iusti: et dominus exaudiuit eos: et ex omnibus tribulationibus eorum eruit eos: Ego autem clamaui: et non me eruit: Aut ego non sum iustus: aut non facio quod mihi iubet: aut forte me ille non videt. Noli timere: tamen fac quod iubet. Et si te non eruit corporaliter: eruet spiritualiter: Ille enim qui tulit de flamma tres pueros: nunquid tulit de flamma machabeos: Nonne illi in ignibus hymnizabant: illi in ignibus expirabant: Benaia puerorum: nonne ipse est et machabeorum: Illos eruit: et illos non eruit: imo utrosque eruit. Sed tres pueros sic eruit: ut et carnales considerent. Machabeos autem id non sic eruit: ut illi qui persecubantur in penas maiores irent: cum putabant se operis fuisse martyres dei. Eruit Petrum quoniam venit ad illum angelus: cum esset in vinculis: et ait illi: Surge et exi: et subito soluta sunt vincula: et securus est angelus: et eruit illum. Nunquid Petrus perdidit iustitiam: quoniam non illum eruit de cruce: Non eruit nunc: et eruit tunc. An id diu vixit ut iniustus fieret: Forte plus eum exaudiuit postea quam prius: quoniam illum vere de omnibus pressuris eruit. Nam qui primum illum eruit: quanta ille pertulit postea: Illuc enim misit postea: ubi nihil mali pati potuisset. Iuxta enim dominus his qui obtulerunt cor: et humiles spiritu salvos faciet. Aliter est deus: humilis est christianus. Si vult ut altus deus vincat: ille hu-

Alia lra
† liberauit,

Alia lra.
† in.

Alia lra.
† qui tribulato
fuit corde.
† saluabit.

milis sit. Magna mysteria fratres: Deus sup omnia est. Ergis te: et non illū tangis: Hūilias te: et ipse ad te descēdet. **A**dulte tribulationes iustorū: Nunquā dicit: ideo sunt christiani iusti: ideo audiāt vbum meuz: vt nibū tribulationis patiant. Nō hoc pmittit: sed dicit: **A**dulte tribulationes iustorū. Magis si iniusti sunt: pauciores habēt tribulationes. Si iusti: multas habēt. Sed post paucas tribulationes aut nullas: illi veniēt ad tribulationē sempiternā vnde nūq̄ cruātur. Iusti aut post multas tribulationes: veniēt ad pacē sempiternā: vbi nunq̄ aliquid mali patiant. **A**dulte tribulationes iustorū: **E**t de omnib⁹ his eruet eos. Custodit dñs omnia ossa eoz: vnū ex his nō cōteretur. Et hoc fratres nō accipiamus carnaliter. Ossa sunt firmamēta fidelium. Quō em̄ in carne nostra ossa faciūt firmamētū: sic in corde christiano fides facit firmamētū. **P**anētia ergo q̄ est in fide: ossa sūt interioria. Ipsa sunt: que frāgi nō possunt. Custodit dñs omnia ossa eoz: vnū ex his nō cōteret. Si de dño nostro Jesu christo dixisset b: Custodit dñs oīa ossa filij sui: vnū ex his nō cōteretur: sicut iaz alio loco pfiguraf de illo: qm̄ agnus ductus ē maciādus. et dictū est de illo: **O**s ei noli frāgē: impletū est in dño: qz cū penderet in cruce expirauit anteq̄ veniēt illi ad crucē: et inuenerūt iam corpus exanime: et noluerūt crura ei frāgere: vt adimpleret qd̄ scriptū est: Sed pmisit illud et ceteris christianis: **D**ñs custodit oīa ossa eoz: vnū ex his nō cōteret. Ergo fratres si viderimus aliquē sanctū tribulationes pati: et forte vel a medico sic secari: vel ab aliq̄ psecutore sic cedi: vt eius ossa frāgant: nō dicam⁹ nō erat iustus iste. Nam dñs hoc pmisit iustis suis: d̄ quib⁹ ait: Custodit dñs omnia ossa eoz: vnū ex his nō cōteret. **H**is videre: qz alia ossa dixit: q̄ diximus firmamēta fidei: id est patientiā et tolerantia in omnibus tribulationib⁹: Ipsa em̄ sunt ossa q̄ nō frangunt. **A**udite et in ipsa passione dñi: inspicite qd̄ dico. **D**ñs erat in medio crucifixus: iuxta illū duo latrones. vn⁹ insultauit: alī credidit. vn⁹ dānat⁹ est: alī iustificat⁹ est. **E**n⁹ habuit penā suā: et hic et in eternū. alteri aut dixit dñs: **A**mē dico tibi: hodie mecū eris in paradiso: et tñ illi q̄ venerant dñi ossa nō fregerūt: latronū aut fregerunt. Sic fracta sunt latronis ossa q̄ blasphemauit: quō latrōis

Alia
t liberabit.

q̄ credidit. **E**t ibi est q̄ dicitur: **D**ñs custodit oīa ossa eoz: vnū ex his nō cōteretur. **E**cce cui dixit: **H**odie mecū eris in paradiso: non potuit oīa ossa custodire? **R**espondet tibi dñs: imo custodiu: nā firmamētū fidei ipsius frangi nō potuit illis scitibus quibus crura sunt facta. **A**dors peccatorū pessima: **A**tendite fratres: nō ppter illa que dicebam⁹: **E**tere magn⁹ domin⁹: et misericordia eius vera: qui nobis dedit māducare corpus suū in q̄ tanta ppeffusus est: et sanguinē bibere. **Q**uomō respicit mala cogitātes et dicētes: ille male mortu⁹ est: **C**ū iustus esset: a testijs sumptus est: **N**ō erat ille iust⁹: ideo male periit. **N**ā nō periret: si iustus esset. Ergo ille iustus est: q̄ in domo suo et lecto suo mori. **H**oc ē ergo iquis. **Q**uid? **A**dors: qz noui pctā et scelera ipius: et bñ mortu⁹ est: **I**n domo sua: intra limina sua: nulla pegrinationis iniuria fuit illi: nulla vel in matura etate. **A**udi de um. **A**dors peccatorū pessima. **Q**ue tibi videf bona: pessima ē: si intus videas. **V**ides foras iacentē in lecto: nunquā vides intus raptū ad gehēnā. **A**udite fratres et ex euāgelio inspicite: qd̄ sit mors peccatorū pessima. **N**ūquā nō duo erāt in isto seculo: diues q̄ induebat purpura et bysso: et epulabatur splēdide: alter paup q̄ iacebat ad ianuā eius vlcerosus: et canes veniebāt et lingebant vlcera eius: et desiderabat saturari de micis q̄ cadebāt de mensa diuitis. **C**ōtigit aut mori inopem illū (Iustus erat ille inops) et deferrī ab āgelis in sinū **A**brae. **Q**ui viderat corpus illi⁹ iacere ante limē diuitis: et nō esset q̄ sepeliret: quāta forte diceret: sic moriā ille inimicus meus: et ille q̄ me psequit: sic illū videā. **E**xecratur corp⁹ sputo: putent vulnera: et ille in sinu **A**brae req̄scit. **S**i christiani sumus: credam⁹. **S**i nō credim⁹ fratres: nemo se fingat christiānū. **F**ides nos pduxit. **Q**uō illa dixit dñs sic sunt. **A**n verū dicet tibi mathematicus: et verū nō est qd̄ dicit tibi christus: **Q**uali autez morte mortuus ē ille diues. **Q**ualis mors eē potuit in purpura et bysso: q̄ psūptuosa: q̄ pōposa: **Q**ue exeq̄e funeris ibi erant: **Q**uātis aromatis sepultū est illud cadauer: **E**t tñ cū apud inferos i tormentis esset: desiderauit ex illius ptepti paupis digito stillari aque guttā ardenti lingue sue: neq̄ impetrauit. **V**isite ergo qd̄ sit: mors peccatorū pessima. **E**t nolite interrogare stratos p̄ciosis vestib⁹ lectos: et carnē mul-

nis diuitijs obuoluta: lamentationis pom-
pam exhibentes: plangentem familiam: turbam
obsequium precedentem ac sequentem: cum cor-
pus efferebatur: marmoratas: auratasque me-
morias. Nam si hec interrogatis: respon-
dent vobis falso: quod multorum non leuiter
peccatorum: sed omnino sceleratorum mors opti-
ma est: quod sic plangi: sic condiri: sic coteri: sic
efferi: sic sepeliri meruerunt. Sed interroga-
te euangelium: et ostendit fidei vestre: in penis
ardentem animam diuitem: quam nihil adiuuerunt
omnes honores et obsequia: que mortuo cor-
pori eius uiuentium vanitas probuit. Sed quia
multa sunt genera peccatorum: et non esse pec-
catorem difficile est: aut fortasse in hac vi-
ta non possibile: subiicit statim cuius gene-
ris peccatorum esset mors pessima. Et qui
oderunt iustum: inquit: delinquet. Quem
iustum: nisi eum qui iustificat impium: Quem
iustum: nisi dominum Iesum christum: qui est etiam
punitio peccatorum nostrorum: Qui et hunc ode-
rat mortem pessimam habet: Quia in peccatis suis
moriuntur: qui pro eum deo nostro non recordantur.

Redimet enim dominus animas seruo-
rum suorum. Secundum animam enim intelligenda est
mors peccatorum pessima aut optima: non
sunt corpora: aut contumelias: aut honores
quos homines vident. Et non delinquet
omnes qui sperant in te. Iste est modus
humane iusticie: ut vita mortalis quantumlibet
perficiat: quia sine delicto esse non potest: in hoc non
delinquat: dum sperat in eum in quo est remis-
sio delictorum: Amen.

Explicit Tractatus de ps. XXXIII.

Incipit Tractatus de ps. XXXIII.

Prefatio.

Psalmum istum nobis a iuberibus fratribus
et coepiscopis meis impositum esse ad
tractandum: nouerit caritas vestra: volu-
erunt ut in cominum aliquid audiamus. Ab illo
enim omnes audiui: a quo pater discimus: et in
cuius schola condiscipuli sumus. Titulus ipsius
moram nobis non facit: Breuis est enim ad intel-
ligendum: maxime nutritis in ecclesia dei: non
difficilis: Habet enim: Ipsi David. Da-
uid interpretatur manu fortis: vel desiderabi-
lis. Psalmus est manu fortis et desiderabili:
qui nostram mortem vicit: qui nobis vitam promi-
sit. In hoc enim manu fortis: quia mortem no-
stram vicit: In hoc desiderabilis: quia vitam eternam
promisit. Quid enim fortis manu hac: que tetigit
loculam et mortum surrexit: Quid fortis manu
hac que mundum vicit: non ferro armata: sed ligno
transiit: Quid autem desiderabilis eo que non

videntes martyres mori voluerunt: ut ad illam
venire mererentur: Ergo psalmus illi: illi cor-
nostrum: illi lingua nostra digna cantet: si tamen
ipse dignabitur donare quod cantet. Nemo illi
cantat digna: nisi qui ab illo accepit quod can-
tare possit. Beneque hoc quod modo cantamus:
spiritus eius dictum est per prophetam eius: et in eis verbis
ibi nos agnoscimus et ipsum. Nec iniuriam faci-
mus: quia dicimus nos et ipsum: quoniam cum esset in ce-
lo sic clamauit: quid me persequeris: cum eum
nemo tangeret: et nos in terra laboraremus.
Ergo vocem eius audiamus: nunc corporis: nunc
capitis. Est enim psalmus iste inuocans deum
contra inimicos in tribulationibus huius seculi:
Et utique ipse est christus: tribulato tunc capite:
et tribulato nunc corpore: tamen per tribulationes
omnibus membris suis dans vitam eternam: quam
promittendo desiderabilis factus est.

Sermo primus de prima parte psalmi
Adica: inquit: domine nocentes
me: et expugna expugnantes
me. Si deus pro nobis: quis contra
nos: Et vnde hoc nobis prestat deus? App-
hende: inquit: arma et scutum: et exur-
ge in adiutorium mihi. Magnam specta-
culum est videre deum armatum parte. Et quod eius
scutum: que arma? Bene inquit alio loco homo
iste qui et hic loquitur: Et scuto bone voluntatis
tue coronasti nos. Arma autem eius quibus
non solum nos munit: sed etiam percutiat inimi-
cos: si bene profecerim et nos erimus. Sicut enim
nos ut armemur ab illo habemus: armatus de
nobis. Sed ipse sic ipse de his armatus quos
fecit: nos de his armamur que ab ipso ac-
cepimus qui nos fecit. Vicit hec quodam
loco arma nostra apostolus scutum fidei: et
galeam salutis: et gladium spiritus quod est verbum
dei. Armavit nos talibus armis: qualibus au-
ditis laudabilibus: et inuictis: insuperabilibus
et splendidis: spiritualibus sane atque inuisibilibus:
quibus et hostes inuisibiles expugnamus. Si
vides hostem tuum: videantur arma tua. Arma-
mur earum rerum fide: quas non videmus: et ster-
nimus hostes quos non videmus. Verumtamen
carissimi: arma ista ne putetis sic esse: ut quasi
quod scutum est: semper scutum sit. aut quod ga-
lea est: semper galea sit. aut quod lorica est: sem-
per lorica sit. In istis enim armis corporali-
bus ita est: quod et de ferro que sunt mutari
possunt: ut ex gladio fiat securis: tamen ipsum
apostolum videmus dixisse quodam loco: lo-
ricam fidei: et alio loco dixisse: scutum fidei.
Ergo ipsa fides: et lorica potest esse: et scutum.
Scutum ergo est quia tela inimicorum excipit

Alia lra.
teo.

et repellit. Lorica est: quia interiora tua transfigi non sinit. Hec arma nostra dei quod legitur quodam in loco: Erue ab impijs animam meam: frameam tuam ab inimicis manus tue. Quod superius dixit: ab impijs: hoc sequenti versu ab inimicis manus tue: et quod superius dixit: animam meam: hoc sequenti versu frameam tuam: id est gladium tuum. Ergo frameam dei: dixit animam suam. Erue inquit: ab impijs animam meam: id est ab inimicis manus tue erue frameam tuam. Apprehedis enim animam meam et debellas inimicos meos. Et quod est anima nostra: quousque splendida: quousque producta: quousque acuta: quousque uncta: quousque luce sapientie et coruscationis vibrata: Quid est ipsa anima nostra: aut quid potest: nisi de illa teneat et pugnet de illa: Nam quelibet optime facta framea: si non habeat bellatorem iacet. Dixeram autem in armis nostris: non quasi aliquid fixum accipi debere: ut quod est res ipsa aliud esse non possit: sic et in armis dei inuenimus. Ecce animam iusti dixit frameam dei. Iterum dicit animam iusti esse sedem dei. Animam iusti sedes sapientie: Ergo quicquid vult facit de anima nostra. Cum in manu eius est: ut a se ea quemadmodum vult. Exurgat ergo: sic enim inuocatur est: apprehende arma: exurge in adiutorium nobis. Unde exurgat: alio loco etiam dicit illi ipsa voce: Exurge quare obdormis domine? Et quoniam illi dicit: dormire: nos dormimus: et quoniam illi dicit: exurge: nos excitamur. Nam et dominus dormiebat in nauis: et ideo fluctuabat nauis: quare dormiebat Iesus. Nam si illic vigilaret Iesus: non fluctuaret nauis. Nauis tua cor tuum. Iesus in nauis: fides in corde. Si meministi fidei tue: non fluctuat cor tuum. si oblitus es fidem tuam: dormit Christus. obserua naufragium. Ueritatem quod restat fac: ut si dormierit excites. Dicis illi: Domine exurge perimur: ut increpet ventos: et fiat tranquillitas in corde tuo. Recedent enim omnes temptationes: aut certe nihil valebunt: quoniam Christus: hoc est fides tua vigilauerit in corde tuo. Exurge quid est: Innotescere: apparere: sentire. Exurge quid est in adiutorium mihi.

Effunde frameam et concludere aduersus eos qui me persequuntur. Qui scilicet qui te persequuntur: forte vicinus tuus: aut ille quem lesisti: aut cui fecisti iniuriam: aut qui vult auferre res tuas: aut contra quem predicaris veritatem: aut cuius peccatum obiurgas: aut quem male viuente bene viuendo ledis. Sunt quidem et isti inimici nostri et persequuntur nos. Sed alios docemur inimicos nosse: contra quos inui-

sibiliter dimicamus: de quibus nos admonet apostolus dicens: Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem: id est aduersus homines: aduersus eos quos videtis: sed aduersus eos quos non videtis: aduersus principes et potestates et rectores mundi tenebrarum harum. Cum diceret enim rectores mundi: dicebat quippe de diabolo et angelis eius: cauendum erat ne male intelligerent homines: et putarent a diabolo et demonibus eius mundum regere. Sed quia mundus dicitur hec fabuca quam videmus. et in peccatoribus dicitur mundus: et in eis qui diligunt mundum: de quibus dictum est: Et mundus enim non cognouit: et de quibus dictum est: Terra mundus in maligno posita est. Exposuit apostolus cuius mundi essent rectores: tenebrarum inquit harum. Rursus cogit nos intelligere quod dixerit: tenebrarum harum. Quorum tenebrarum rectores sunt: diabolus et angeli eius? Omnium infidelium: omnium iniquorum: de quibus dictum est: Lux lucet in tenebris: et tenebre eam non comprehenderunt. Benigne ex iporum numero credentibus multis: quod dicit idem apostolus: Fuitis enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. Non vis regi a diabolo: migrare ad lucem. Et unde migrabis ad lucem: nisi effundat ille frameam: et eruat te ab inimicis tuis: et a persequentibus te: Quomodo effundit frameam: Quomodo iam audiui quod sit framea ipsius anima iusti est. Abundat iusti et effunditur framea: et concludit aduersus inimicos. Nam de ipsa effusione framee monens apostolus ut iuste viuamus: in persequenti ait: ut aduersarius reuerseat nihil habes de nobis dicere prauum: conclusum est aduersum eum: quare quid loquatur aduersus sanctos non potest inuenire. Et unde erit iustus: Aut quid dicit inimicus qui nos persequitur: Inuisibiles illi quod dicunt inimici: Isti nihil: Maxime suggerit huiusmodi cordi ab inuisibilibus expugnantibus inimicis: quia deus nobis non est adiutor: ut requirentes alia adiutoria inueniamur inuoluntati: et ab inimicis ipsis capiamur. Hoc ergo suggerit. Contra istas voces maxime vigilare debemus quod in alio psalmo ostendunt: Adulteri insurgunt aduersum me: multi dicunt anime mee: non est salus illi in deo eius. Contra istas voces quod hic dicit: Dic anime mee salus tua ego sum. Cum dixeris anime mee salus tua ego sum: iuste viuet: ut neminem in adiutorium propter te queram. Et quid sequitur: Confundantur et reuerseant requirentes animam meam. Ad hoc enim illam requirent: ut perdant. Nam vana bene querant. In

Alia ista.
t querentes.

alio quippe psalmo hoc reprehendit in omnibus: quia non erat qui requireret animam ipsius. Perijt fuga a me: et non est qui requirat animam meam. Quis est ille qui dicit: non est qui requirat animam eius? Numquid forte ille est: de quo tanto ante predictum est: Foderunt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea: ipsi vero considerauerunt et conspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem. Jam omnia ista ante oculos eorum fiebant: et nemo erat qui requireret animam eius. Inuocemus eum ergo fratres: ut dicat aie nostre: salus tua ego sum: et aperiet aures ut audiamus dicentem: salus tua ego sum. Bicit enim: sed quidam absurdescunt: vni audiunt potius persecutores inimicos in tribulatione constituti. Si aliquid deest: si in angusto est animam inopia temporalium querit auxiliu[m] plerumque a demonibus: arripitios demonum vult consulere: sortilegos querit: persecutores illi hostes inuisibiles adierunt: intrauerunt: expugnauerunt: captiuauerunt: vicerunt: dicendo: Non est salus illi in deo eius. Obsorbuit protra vocem dicentem: Salus tua ego sum. Bicit anime mee: salus tua ego sum: ut profundatur et reuerentem requireret animam meam. Cui dicis tu: salus tua ego sum. Audiam dicentem mihi: Salus tua ego sum. Alia salutem non requiram propter dominum deum meum. Be creatura mihi salus suggerit: ab ipso est: et si leuo oculos meos in montes: unde veniet auxiliu[m] mihi: non tamen a montibus: sed auxiliu[m] meum a domino qui fecit celum et terram. In ipsis temporalibus angustiis per hominem subuenit deus: salus tua ipse est: per angelum subuenit deus. Salus tua ipse est. Omnia illi subiecta sunt: et ad istam quidem vitam temporalis subuenit: alij inde: alij inde: eternam vitam non dat nisi de se. Sed ecce in angustiis tibi constituto non subest quod quiris: sed adest que queres: et illud quere quod deesse nunquam potest. Subtrahunt que dedit: nunquam subtrahit qui dedit: Reddant que dederat: nunquam ipse sunt diuitie cum reddita fuerit illa: et non ille qui subtraxerat perbando: et reddidit consolando. Consolat enim quando nobis ista non desunt: consolatur tanquam in via: sed si et nos intelligamus viam: quia tota ista vita et omnia quibus uteris in hac vita: sic tibi debent esse tanquam stabulum viatorum: non tanquam domum habitatorum. Ad memeto pegisse te aliquid: restare aliquid: diuertisse te ad refectionem: non ad deflectionem. Sunt qui dicunt: deus bonus: magnus: summus: inuisibilis: et eternus: incorruptibilis vitam eternam nobis daturus est: et illam incorru-

ptionem quam in resurrectione promissit. Ista vero secularia et temporalia ad demones pertinere: et ad potestates illas harum tenebrarum: Blando hec: quoniam amore implicant harum rerum: dimittunt deum: quasi ad quem ista non pertinent: et querunt nefandis sacrificijs: ac nescio quibus remedijs: aut nescio qua hominum illicita persuasione puidere sibi quod temporalis est: veluti pecuniam: uxorem: filios: et si qua sunt que humanam vitam: aut consolantur transcurrentes: aut impediunt ambulante[m]. Contra istam opinionem diuina prudentia vigilante: ut ostenderet deo ad se pertinere ista omnia: et in sua esse potestate: non solum eterna que in futurum promissit: verum etiam temporalia que in terra dantur: quibus voluerit: quoniam voluerit: opportune sciens cui det: cui non det: tanquam medicus medicamenta: sciens melius morbum egroti: quam ipse egrotus. Ut ergo de hoc ostenderet: distribuit tempora veteris et noui testamenti. In veteri testamento promissiones sunt rerum terrenarum: In nouo autem regni celorum. Pleraque precepta deum colendi et recte viuendi: ipsa sunt et ibi et hic. Sed quia promissio ibi alia videtur: alia hic: iubentis imperium et obedientiam seruientis eadem est: sed merces quasi non est eadem. Etenim illis dictum est: ut accipiat terra[m] promissionis: ut in illa regnetis: ut inimicos vestros superetis: ut ab eis non subiugemini: ut omnia vobis abundant in hac terra: ut filios preceperitis. Hec terrena promissa sunt: sed tamen figurata. Fac aliquos sic illa accipe quod promissa sunt: et vere multi sic acceperunt. Nam data est terra filiis israel: date sunt diuitie: dati sunt filij: et sterilibus et aniculis rogantibus deum de ipso solo presumptibus: et alium sibi adiutorem nec ad ista querentibus: vocem domini in corde audierunt: salus tua ego sum. Si ad eterna: quare non ad temporalia? Ostendit hec deus in causa viri illius sancti Job: quia et ipse diabolus auferendi hec non habet potestatem: nisi cum acceperit a summa illa potestate. Inuide re potuit sancto: nunquam nocere potuit: Accusare potuit: danare nunquam potuit: Numquid valuit aliquid tollere? Numquid vel vinguere: nunquam vel capillum ledere: nisi deo diceret: Adhuc manum tuam. Quid est mitte manum tuam? Ba potestate. et accepit. Ille temptauit: ille temptatus est. Temptatus tamen vicit: temptator victus est. Beatus enim qui diabolo permiserat ut illa tolleretur: illum seruum suum interitum non deseruerat: et ad ipsum diabolum supandum animam serui sui frameam sibi fecerat. Quatuor valet h. Be homine dico: Uictus in paradiso victor in

stercore. Ibi victus est a diabolo p mulie-
rem: hic vicit diabolū z mulierem. Locuta
es inquit: tanq̄ vna ex insipientib⁹ mulie-
ribus. Si bona pcepimus de manu domi-
ni: mala quare non sustineamus? Q̄ bene
audierat: salus tua ego sum. **Confun-
dant et reuerent**: requirētes ani-
mā meā. Respice ad homines: Orate in-
quit p inimicis vestris. Sed hic p̄phetia ē:
Et que figura optandi dicunt: animo pro-
phetandi explicant. Illud fiet: z illud fiet:
nihil est aliud: q̄ hoc z hoc futurū est. Sic
ergo audite p̄phetam: Confundant z reue-
reant: requirētes animā meā. Quid ē con-
fundant z reuerent: Confundent z reue-
rebunt. Factum est em̄: Multi salubriter
cōfusi sunt: multi reueriti a p̄secutione chri-
sti: z ad societatem membrorū eius deuota
pietate transferūt: z non fieret hoc nisi cō-
funderent z reuererent. Ergo bñ illis opta-
uit: Sed quia duo sunt genera eorū q̄ vin-
cunt. Quobus em̄ modis vincunt: aut ad
hoc vincunt: vt conuertant ad christū. aut
ad hoc vincunt vt damnent a christo. Ex-
plicata z hic duo ip̄a genera obscura qui-
dem: sed intellectore desiderant. De his q̄
conuertunt: accipe qd̄ dictū est: Confun-
dant z reuerent: requirētes animā meā.

Auertant retrosum: Non p̄cedāt:
sed sequatur: non dent cōsiliū sed accipi-
ant. Nam Petrus p̄cedere voluit domi-
nū: quādo domin⁹ de passione sua futura
diceret: cōsiliū illi quasi salutis voluit da-
re: cōsiliū salutis eger saluatori. Et qd̄ ait
domino de illa futura sua passione confir-
māti: Absit a te domine: pp̄tius tibi esto:
non fiet istud. P̄cedere volebat: vt do-
min⁹ sequeret. Et ille inquit: Glade retro
sathanas: P̄cedēdo sathanas es: sequē-
do discipulus eris. Hoc ergo z istis: auer-
tant retrosum. **Et cōfundant**: qui cogi-
tant mihi mala. Luz em̄ ceperint re-
trosum sequi: iam nō cogitabūt mala: sed
desiderabūt bona. Quid illi: Nō em̄ om-
nes sic sequunt: vt conuertant et credant.
Multi in p̄tinacia remanent: multi spirit⁹
p̄cedendi seruāt i corde: z si non exerūt: tñ
parturiūt: z vbi locum iuenerint pariunt:
De talibus quid sequit? **Fiant tanq̄
pulis ante faciem venti**: Nō sic im-
p̄ij nō sic: sed tanq̄ puluis quē p̄icit ven-
tus a facie terre. Ventus tēptatio ē. Pul-
uis iniqu⁹: Quādo venit tēptatio: tollitur
pulis: nec stat: nec resistit. Fiant tanq̄ pul-

Alia lra.
i cogitātes.

uis ante faciem venti. **Et angelus do-
mini tribulās eos**. **Fiant vie eo-
rum tenebre z lubricū**: Horrēda via.
Tenebras solum quis nō horreat: Lubri-
cum solū quis non caueat: In tenebris et
lubrico qua is: vbi pedem figis: Sunt ista
mala magne pene hominū: tenebre ignorā-
tia: lubricū luxuria. **Fiant vie eorū tenebre
z lubricum**. **Et angelus domini pse-
quens eos**. Ut non possint stare. Nam
vnusquisq̄ in tenebris z lubrico cuz vene-
rit: et si pedē mouerit labitur: et lux illi an-
te pedes non est: vel hoc forte facit: vt ex-
pectet diē donec luceat: sed ibi est angelus
dñi p̄sequēs eos. Hec eis futura p̄dixit nō
quasi vt euenirent: optauit: q̄q̄ z p̄beta i
spiritu dei sic ea dicat: quomō illa deus fa-
cit: certo iudicio: bono: iusto: sancto: tran-
quillo: nō p̄turbat ira: nō amaro zelo: non
animo inimicitiaz exercendarū: sed iusti-
cia vicior p̄mendorū: verūtāmē p̄phetia
est. Unde autē tanta mala ista: Quo meri-
to: Audi quo merito. **Quomā gra-
tis absconderunt mihi muscipulā
corruptionis sue**: In ip̄o capite n̄ro at-
tendite: hoc fecerūt iudei: absconderūt mus-
cipule sue corruptionē. Qui absconderunt
muscipulā: Qui videbat corda abscon-
dentū. Sz tamē erat inter illos ignorāti sumit
quasi falleret: cū illi deciperent eo quo euz
falli arbitrabant. Ideo em̄ ille tanq̄ falle-
batur inter illos viuēs: quia nos inter ta-
les sic victuri eram⁹: vt sine dubio fallere-
mur. Ille videbat traditorem suum: et ele-
git illuz magis ad opus necessariū. Illius
malo magnuz bonū operat⁹ est: z tamē inf-
duodecim electus est: ne ip̄e duodecimus
tam exiguus numerus esset sine malo: hoc
ad exemplū n̄re patiētie: qm̄ necesse erat vt
inter malos viuerem⁹. Et q̄ necesse erat vt
malos siue sciētes: siue nesciētes tolerare-
m⁹: exēplū patiētie p̄buit ne deficias cū ce-
peris iter malos viuere. Et quia illa scho-
la christi in duodecim nō defecit: quātoma-
gis nos firmi esse debemus: cū implent in
ecclesia magna: que de malorū p̄mixtione
p̄dicta sūt. Neq̄ em̄ nō videbat ip̄a schola
redditum semini Abrae qd̄ erat p̄missum:
z ipsaz areā: vnde massa que impleuit hor-
reū p̄cessura est. Quare igit nō cū triturat
in ea digne palea toleratur: donec vltima
ventilatione purgetur: Hoc enim futuruz
est malis qd̄ audistis. Sed tamē quid fa-
ciendū est: **Gratis absconderunt mihi cor-**

Alia lra.
i coartans.
i fiat via illorū

Quid defendit
Cōfunderent

Alia lra.
i interitū la-
quei sui.

riptiones muscipule sue. Quid est gratis? Quib⁹ nihil mali feci: quibus nihil nocui. **V**ano exprobrauerit animā meā. Quid est vano: falsum dicētes: nihil probātes. **V**eniat ill⁹ muscipula quā ignorāt: Magnifica retributio: nihil iustus. Illi absconderūt muscipulam vt ego ignorare: illis veniat muscipula quā ignorāt. **M**ā ego scio muscipulā iporū. **Q**ue aut⁹ muscipula illis ventura est: Illa quā ignorāt. **A**udiam⁹ ne forte dicat illā: veniat illis muscipula quā ignorāt. **F**orte aliam illi absconderūt: alia illis vētura est. **N**ō. **S**ed quid? **E**riniculis peccatorū suorū vnusquisq; cōstringit. **I**nde decipiūtur: vñ decipe voluerūt. **I**nde illis nocebit: vñ nocere conati sunt. **S**equit⁹ em̄. **E**t captio quā occultauerūt cōprehendat illos: **T**anq̄ si quisq; veneni calicē p̄paret alicui ⁊ oblitus bibat. **E**t tanq̄ si foueā fodiat in quā quisq; inimicus eius in tenebris incidat: ⁊ ille oblit⁹ qd̄ foderat: ambulās ea via pus illuc cadat. **P**rosus fratres mei ita credite: ita certi estote: ita si est in vobis excellēti⁹ prudētie ratio videte atq; p̄spicite: nemo malus nō sibi prius nocet. **S**ic em̄ esse putate maliciā: quō ignem. **I**ncēdere vis aliō aliqd̄: illō qd̄ admoues p̄us ardet: nisi ardeat nō incēdit. **F**acula est: hanc faculā apponis vt aliqd̄ incēdat: nūquid non ipsa facula quā apponis prior ardet: vt aliquid possit incēdere? **M**ā malicia aut⁹ p̄cedit ex te: ⁊ quē prius vastat nisi te: **Q**uo p̄fundit ramū ledit: vbi radicē habet nō ledit. **E**quidē dico qd̄ malicia tua vt alteri nō noceat fieri potest: vt aut⁹ tibi nō noceat nō potest. **M**ā quid nocuit sancto viro **J**ob: de q̄ p̄locuti sum⁹? **Q**uō i alio psalmo dicit: **S**ic nouacula acutā fecisti dolui: **Q**uid sit de acuta nouacula: **C**apilli: res supflue decidunt. **Q**uid ḡ facis ei quez vis nocere: **S**i nequaq; tibi ad malū cōsentiat cui vis nocere: nō malicia tua ei nocitura est sed sua. **S**i aut⁹ intus ip̄e malicia careat: ⁊ cor mūdum subdat illi voci dicēti: **S**alus tua ego sum: forinsecus oppugnās: interiorē hominē nō expugnās: malicia tñ tua ab interiorē tuo p̄cedit: te pus inanē reddit. **T**u putris es int⁹ vñ iste vermis p̄cessit: int⁹ nihil integrū dereliquit. **E**t captio quā occultauerūt cōprehendat eos. **E**t i muscipula incidant in ipsa. **N**ūquid putabas forte pauloante cum audires: veniat illis muscipula quā ignorāt: id esse q̄si aliquid

aliud ex occulto inuitabile? **I**n qua ergo? **I**n ipsa iniqtate quam mihi absconderant. **N**ōne h factū est iudeis: **B**ñs eorū iniqtatē vicit: illi iniqtate sua victi sunt. **I**lle surrexit p nobis: illi mortui sunt in se. **H**ec ḡ malis nocere mihi volentib⁹. **A**dibi quid? **A**nima autē mea exultabit i domino: **T**anq̄ in eo a quo audierit: salus tua ego sum: tanq̄ nō querēs alias extrinsecus diuitias. tanq̄ nō querēs circūfluerē voluptatib⁹ bonisq; terrenis: sed cōiugē verū gratis amans: nō ab illo volēs accipere qd̄ delectet: sed ip̄m solū sibi p̄ponēs a quo delectet. **Q**uid em̄ melius deo dicit mihi: **A**mat me deus: amat te deus. **E**cce p̄posuit: pete qd̄ vis. **S**i tibi impator diceret: pete quod vis: quos tribunatus comicialsq; ructares: **Q**uāta tibi p̄poneres ⁊ accipiēda ⁊ alijs largiēda. **B**eo tibi dicēte: pete qd̄ vis: qd̄ petitur⁹ es: **E**xcute mentē tuā: exerce auariciā tuā: p̄tende quātuz potes: ⁊ dilata cupiditatē tuā: nō quicūq; sed omnipotens dixit: pete qd̄ vis: si possessionū es amator: desideratur⁹ es totam terrā: vt omnes qui nascunt⁹ coloni tui: aut serui tui sint. **E**t quid cū totā terrā possideris: mare petitur⁹ es: **I**n quo viuere tamē nō poteris. **I**n hac auaricia te pisces superabūt. **S**ed forte insulas possidebis. **T**rāscende ⁊ hec: pete ⁊ aerem quīs volare nō possis. **P**orrigē cupiditatē tuā vsq; ad celū: **B**ic tuū eē solē: lunā: stellas: qz ille q̄ fecit oīa dixit: pete qd̄ vis: tñ nihil iuenies carū: mihi iuētes melius q̄ ip̄m q̄ fecit oīa. **I**p̄m pete q̄ fecit: ⁊ ab ip̄o habebis oīa q̄ fecit. **O**īa cara sunt: qz oīa pulchra sunt: sed qd̄ illo pulchru⁹ ē: **F**ortia sunt: sed qd̄ illo fortius: **E**t nihil magis vult dare q̄ se. **S**i aliquid inueneris meli⁹: pete. **S**i alia petierit iniuriā facies illi: ⁊ damnu tibi: p̄ponendo illi qd̄ fecit: cū velit seip̄m tibi dare q̄ fecit. **I**n hoc amore dixit illi aīa quedā: **N**ūqd̄ ip̄e es ps mea dñe: id est tu es ps mea. **E**legant sibi qui volunt qd̄ possideant: faciant sibi p̄tes de rebus: **P**ars mea tu es: te mihi elegi. **E**t iterū: **B**ñs ps hereditatē mee. **P**ossideat te vt possideas illū: eris p̄dium ip̄ius: eris dom⁹ ip̄i⁹. **P**ossidet vt p̄sit: possidet vt p̄sit. **N**ūqd̄ vt aliqd̄ ei tu prosis? **N**am dixi dño: deus me⁹ es tu: qm̄ bonorū meorū nō eges. **A**īa aut⁹ mea exultabit i dño. **D**electabit sup salutare eius. **S**alutare dei: christus est: **Q**m̄ viderunt oculi mei salutare tuū. **O**īa ossa mea

Alia lfa. t supuacue. Alia lfa. t illi laque⁹ quē ignorat.

Alia lfa. t abscondit ap̄ p̄bendat eū.

Alia lfa. t Et in laqueū cadat i idipm.

Alia lfa. t suo.

dicent: dñe quis similis tibi? Quis digne de his verbis aliquid dicat: Ego pu-
to tm̄ p̄nuncianda esse: non exponenda.
Quid queris? Illud aut illud: Quid simi-
le domino deo tuo. Ipsum habes ante te.
Omnia ossa mea dicent: Bñe quis similis
tibi? Narrauerūt mibi iniusti delectatiōes:
s̄ nō ita vt lex tua. Fuerunt persecutores q̄
dicebant: Adora Saturnū: adora Mer-
curium. Non colo inquit idola. Domine
quis similis tibi? Illi oculos habent et non
vident: aures habent et non audiunt. Do-
mine quis similis tibi: qui fecisti oculos ad
videndum: aures ad audiendum: Sed
non inquit idola: quia faber fecit. Cole ar-
bozem et montem. Et hoc: nūquid faber fe-
cit: Et hic: Domine quis similis tibi? Ter-
rena mibi ostēdunt: tu terre creator es. Et
hinc forte auerterunt ad superiorem creatu-
ram: et dicunt mibi: cole lunam: cole istum
solem: quia luce sua tanq̄ magna lucerna
de celo efficit diem. Et hic plane dico: Do-
mine quis similis tibi? Lunam et stellas tu
fecisti: solem diei tu accendisti: celū tu po-
suisti. Sūt multa inuisibilia meliora. Sed
forte et hic dicat mibi: Angelos cole: ange-
los adora. Et hic dicam: Domine quis si-
milis tibi? Et ipos angelos tu creasti: nihil
sunt angeli nisi videndo te. Melius est cū
ip̄is possidere te: q̄ ip̄os adorando cade-
re a te. Omnia ossa mea dicent: Domine
quis similis tibi? Corp⁹ christi sancta ec-
clesia: omnia ossa tua dicāt: Domine quis
s̄ilis tibi? Et si carnes me p̄secutione cesse-
runt: omnia ossa dicant: Domine q̄s simi-
lis tibi? De istis em̄ dictum ē: Diligit do-
minus omnia ossa eorū: vnum ex illis non
confringet. Quia multis iustis in p̄secutione
ossa contracta sunt. Postremo: iustus ex si-
de viuit: et christus iustificat impiū. Quo-
modo autem iustificat impiū: nisi credē-
tem et confitentē? Quia corde creditur ad
iusticiam: ore autem confessio fit ad salu-
tē. Ergo et ille latro q̄uis ex latrocinio du-
ctus est ad iudicem: a iudice in crucem: ta-
mē in ip̄a cruce iustificatus est: Corde cre-
didit: ore confessus est. Neq̄ em̄ iniusto et
nō iam iustificato: diceret domin⁹: Hodie
mecū eris in paradiso: et tamē ossa eius cō-
fracta sunt. Nam quādo ventū est: vt cor-
pora deponerent causa imminētis sabba-
ti: inuentus est domin⁹ iam exanimis: et nō
sunt eius ossa p̄minuta. Illi autem qui vi-
uebant vt deponerent: contracta eis sunt

crura: vt hoc dolore mortui possent sepeli-
ri. Nunquid vnus latronis qui perseuera-
uit impius in cruce: contracta sunt ossa: et
non illius qui corde credidit ad iusticiam:
ore confessus est ad salutem? Ubi est ergo
quod dictum est: Custodit domin⁹ omnia
ossa eorum: vnū ex eis non conteretur: nisi
quia ossa dicuntur in corpore domini om-
nes iusti: firmi: corde fortes: nullis p̄secu-
tionibus et temptatiōibus cedentes ad cō-
sentienda mala. Et vnde possunt nullis tē-
ptationibus cedere: nisi cum persecutores
dixerint: Ecce ille deus: ecce qualis deus:
veniat ille: neget tibi. Ecce est hic nescio
quis in monte magnus sacerdos: forte ido-
pauper es: quia non te adiuuat ille deus:
supp̄lica illi et adiuuat. Forte ideo egrotas
quia illi non supplicas: supplica illi et cōua-
lesces. Forte ideo filios nō habes: suppli-
ca illi et habebis. Hic vō si in corpore do-
mini de ossibus est: repellit omnes istas vo-
ces: et dicet: Domine quis similis tibi? Ba-
si vis dare: et in hac vita quod quero: si au-
tem nō vis: tu esto vita mea quem semper
quero: Hinc ad te libera frōte exēa: si aliū
adorauero et te offendero: cras forte mori-
turus sum: qua fronte te videbo? Magna
misericordia ip̄i: et monuit vt bene viuā-
mus: et diem nobis nouissimū mortis no-
stre abscondit: ne nobis de futuro aliquid
p̄mittamus. Facio hodie et viuus: cras nō
facio. Quid si te nō inuenit cras: Hic ergo
iter ossa christi: Domine quis similis tibi?
Omnia ossa mea dicent: Domine quis si-
milis tibi? **Eruens inopem de ma-
nu fortioris eius: egenum et pau-
perem a diripientibus eum.** Huc
usq̄ psalmus lectus est hodie: hucusq̄ tra-
ctandus est: ne i fastidium veniant que di-
cta sunt: dñi volumus et alia dicere. Suffi-
ciant ergo hodie hec: Eruens inopem de
manu fortioris eius. Quis eruens nisi qui
manu fortis est? Ille David eruet inopem
de manu fortioris eius. Fortior enim fue-
rat diabolus ad tevendum te: quia ip̄e vi-
cit cui cōsensisti. Sed quid fecit manu for-
tis? Nemo intrat in domum fortis vt vasa
eius diripiat: nisi prius alligauerit fortem.
Potestate sua sacratissima: magnificētissi-
ma alligauit diabolū: effundēdo frame-
am ad cōcludendū eum: vt eruat inopem
et egenum cui non erat adiutor. Quis em̄
adiutor tibi: nisi domin⁹ cui dicis: Domi-
ne adiutor me⁹ et redemptor meus: Si de

Alia lra.
t eripiens.
t fortiori.

tuis viribus presumere volueris: inde ca-
des vnde presumpseris. Si de alterius: do-
minari vult: nō subuenire. Ille ergo vnus
q̄rendus ē: q̄ r̄ redemit r̄ liberos facit r̄ san-
guinē suum vt eos emeret dedit: et seruos
suos fratres fecit.

**Sermo secundus de secūda parte
eiusdem psalmi.**

A reliqua psalmi intendam⁹ ani-
mū: dominūq; r̄ deū nostrū: r̄ de
sanitate intelligēdi: r̄ de fructu bñ
agendi dep̄cemur. Quousq; hesternō die
disputatū sit: credo meminisse caritatē ve-
strā: ex ipso hodie sumim⁹ exordiū. Intel-
ligimus em̄ hic vocem christi: vocē sc̄z ca-
pitū r̄ corporis christi. Christū cū audis: noli
sp̄sum a sponsa separare: r̄ intellige magnū
illud sacramentū: Erūt duo in carne vna.
Si duo in carne vna: quare non r̄ in voce
vna? Non em̄ tēptationes caput hic pertu-
lit: r̄ corpus nō p̄fert. Aut vō fit causa pa-
tiendi capiti: nisi vt corpori p̄beret exem-
plum: Bonū enim voluntate passus est:
nō necessitate: Ille miseratōe: nos condi-
tione. Proinde illius volūtaria passio: no-
stra est necessaria cōsolatio: vt quādo talia
forte p̄petimur: intueamur caput nostrū: vt
exēplo cōmoniti dicam⁹ nobis: Si ille: qd̄
nos: Et quēadmodū ille: ita r̄ nos. Quā-
tūlibet em̄ seuerit inimicus: vsq; ad mortē
corporis accedere potuit: qd̄ corpus nec
ipm̄ extinguere potuit in domino: qz̄ tertio
die resurrexit. Quod i illo factū est die ter-
tio. hoc in nostro in fine seculi. Spes resur-
rectōnis nostre differit: nūquid aufert? Co-
gnoscamus hic ergo voces christi carissi-
mi: r̄ separem⁹ eas a vocib⁹ impiorū. Vo-
ces sunt em̄ corporis p̄secutionē angusti-
asq; r̄ temptatōnes in hoc seculo patietis:
sed quoniā multi hic patiunt: et p̄ peccatū
r̄ p̄ sceleribus suis: magna vigilātia discer-
nēda est causa: nō pena. Scelerat⁹ em̄ pōt
habere martyris similitē penā: sed tamē dis-
similitē causam. Tres erant in cruce: vnus
saluator: alter saluāndus: alius damnand⁹:
omniū par pena: sed impar causa. Bicat q̄
caput nostrū. **Insurgetes testes ini-
qui: que ignorabā interrogabant
me.** Nos autē dicamus capiti nr̄o: Bo-
nūne qd̄ ignorabas? Ita ne tu aliqd̄ igno-
rabas? Nōne r̄ infrogatū corda noueras?
Nōne corū dolos ante p̄pexeras? Nōne
in corū manus te sciens dederas? Nōne
vt ab eis patereris veneras? Quid q̄ igno-

rabas? Ignorabat peccatū: Et hoc igno-
rabat: nō quasi nō iudicando: sed nō com-
mittendo. Sunt huiusmodi locutiōes etiā
quotidiane: cū dicis de aliquo: Nō nouit
stare: hoc est: quia nō stat. Et non nouit be-
nefacere: quia nō benefacit. Nō nouit ma-
lefacere: quia non facit. Quod alienū ē ab
opere: alienū est a cōscientia: quod alienū
est a cōscientia: alienum videt r̄ a scientia.
Ita dī de⁹ nescere quō ars nō nouit vitia:
r̄ tamē per artem cognita diiudicant. Hoc
ergo nobis caput nostrū interrogatibus ex
ipius euāgelij sui veritate respōdit: cū dix-
rimus. **Bonūne quid ignorabas? Quid tu
potuisti interrogari quod nesciebas? Re-
spondit. Iniquitates ignorabā: de iniqui-
tatibus interrogabar. Habes in euāgelio:
Si nō me credis ignorare iniquitates: qz̄ r̄
ip̄os iniquos ignoro: quib⁹ in fine dicitur⁹
sum. Non noui vos: recedite a me qui ope-
ramini iniquitatē: Nūquid nō nouerat q̄s
damnabat? Aut potest iuste damnari: nisi
q̄ mal⁹ cognoscit? Et tamē bon⁹ cognitor
nō est mentit⁹ dicendo: Nō noui vos: id ē
nō coaptamini corpori meo: nō heretis re-
gulis meis. vitijs hesist: ego autē ars ip̄a sū
que nō habet vitū: r̄ in qua quisq; nō dis-
cit: nisi non facere vitū. Insurgētes testes
iniqui que ignorabam interrogabant me.
Quid sic ignorabat christ⁹: q̄s blasphemare:
Hinc interrogabat a p̄secutoribus: r̄ qz̄
verū dixit: blasphemasse iudicatus est. S̄z
a quibus: **De quibus sequit: Retribue-
bant mihi mala pro bonis: r̄ steri-
litate anime mee. Ego attuli secun-
ditatem: ip̄si retribuebant sterilitates. Ego
vitam: ip̄si mortem. Ego honorem: ip̄si cō-
tumelias. Ego medicinam: ip̄si vulnera: et
in his omnibus que retribuebant vtiq; ste-
rilitas erat. Hanc sterilitatē in arbore ma-
ledixit: vbi fructū cū q̄reret n̄ iuenit. Folia
erāt r̄ fructus nō erant. Verba erāt a facta
nō erāt. Unde i v̄bis numerositate: r̄ i factē
sterilitatē. Qui predicas: nō furādū furarē
qui dicis non adulterandū adulteras. La-
les erant q̄ christū q̄ ignorabat interroga-
bāt. Ego autē cum mihi molesti
eēt: induebā me cilicio. Vocemur
q̄dez fr̄es: qz̄ p̄tinem⁹ ad corp⁹ xp̄i: qz̄ sum⁹
membra christi: r̄ admonemur in omni tri-
bulatione nostra: non cogitare quēadmo-
dum respondeamus inimicis: sed quēad-
modum orando deum p̄piciemur: r̄ maxi-
me: ne temptatōe vincamur. Deinde: vt****

Alia tra.
t̄ induebat.

etiam illi qui nos psequitur: ad sanitatem iusticie conuertant. Nullum maius: nullum melius negocium est in tribulatione: quam recedere ab eo strepitu qui foris est: et ire in interiora mentis secretaria. Ibi deum inuocare: ubi nemo videt gementem et subuenientem. Illius cubiculi aduersus omnem extrinsecus illatam molestiam: ostium claudere: humiliare seipsum in confessione peccati: magnificare et laudare deum: et corripientem et consulentem: Proorsus hoc omnimodo tenendum est. Veritatem in corpore hoc dixerimus: id est in nobis. In domino autem nostro Iesu christo: quid tale agnoscimus? Euangelio prospecto: et diligentissime perscrutato: non inuenimus dominum in aliqua passione et tribulatione sua induisse se cilicio. Ieiunasse quidem eum legimus postea quam baptizatus est. Cilicium ibi nullum audimus: nullum legimus. Ieiunasse autem nondum iudeis psequentibus: sed diabolo temptante. Non eo tempore dico ieiunasse dominum: quando eum interrogabant quod ignorabat: et quando retribuabant mala pro bonis: insectando: psequendo: tenendo: flagellando: vulnerando: occidendo. Sed tamen in his omnibus fratres: si aliquantulum pia curiositate leuemus velum: et interiora huius scripture: oculo cordis intente rimemur: inuenimus et hoc fecisse dominum. Cilicium fortasse appellat carnis sue mortalitatem. Quare cilicium? Propter similitudinem carnis peccati. Apostolus enim dicit: Adhuc deus filium suum in similitudinem carnis peccati: ut de peccato damnaret peccatum in carne: hoc est filium suum induit cilicio: ut de cilicio damnaret hodos. Non quod peccatum erat: non dico in verbo dei: sed nec ipsa quidem dico anima sancta: et mente hominis: quem sibi ad unitatem persone verbum dei et sapientia coaptauerat: sed nec in ipso corpore peccatum vllum erat. Sed similitudo carnis peccati erat in domino: quia mors non est nisi de peccato: et utique corpus illud mortale erat. Nam nisi mortale esset: non moreretur: si non moreretur non resurgeret: si non resurgeret exemplum vite eterne nobis non demonstraret. Ergo sic dicitur: mors peccatum que facta est peccato: quomodo dicitur lingua greca: lingua latina: non ipsius membrum carnis: sed quod fit per membrum carnis. Nam lingua in membris nostris vnum est de ceteris: sicut oculi: nasus: aures et cetera. Lingua autem greca: verba greca sunt:

non quia verba lingua: sed quia verba per linguam. Dicitur d' aliquo: agnoui faciem ipsius: de membro corporis loqueris: Et dicitur etiam agnoui manum ipsius absentis: non manus in corpore: sed scripturarum que facta est per manum que erat in corpore. Sic ergo peccatum domini quod factum est de peccato: quia inde carnem assumpsit: de massa ipsa que mortem meruerat ex peccato. Etenim ut celerius dicam: Maria ex adam mortua propter peccatum Ade: Adam mortuus propter peccatum: et caro domini ex Maria mortua propter delenda peccata. Hoc cilicio se induit dominus: et ideo non est agnitus: quia sub cilicio latebat. Cum mihi inquit molesti essent: induendam me cilicio: id est illi seuebant: ego latebam. Si enim latere nollet: nec mori posset: quandoquidem vno temporis puncto stultam quendam potestatis sue: si vera stulla dicenda est exeruit: quando eum tenere voluerunt: et ad vnam eius interrogacionem: quem queritis: redierunt omnes retro et ceciderunt. Tantam potestatem in passione non humiliaret: nisi sub cilicio lateret. Ergo induendam me cilicio. Et humiliabam in ieiunio animam meam: Iterum si intelleximus cilicium: quomodo intelligimus ieiunium? Adhuc volebat christus: quando poma querebat in arbore: et si inueniret manducaret. Bibere volebat christus: quando dixit mulieri samaritane: Da mihi bibere: sitio. Quid esuriuit: quid sitiuit christus nisi bona opera nostra? In illis enim crucifigentibus et persecutentibus: quia nulla bona opera inuenerat: ieiunabat. tribuebant enim sterilitatem anime ipsius. Nam quale ieiunium ipsius fuit: qui vix inuenit vnum latronem quem in cruce gustaret? Apostoli enim fugerunt et se in turba absconderunt. Et ille Petrus qui se usque ad mortem domini perseueraturus esse promiserat: iam ter negauerat: iam fleuerat: et adhuc in turba latebat: adhuc timebat ne agnosceret. Postremo illo viso mortuo: omnes de salute ipsa desperauerunt: quos desperantes inuenit post resurrectionem: et locutus cum eis inuenit eos dolentes et lugentes: nihil iam sperantes. Nam et ita sunt quidam eorum cum eo locuti cum diceret: quid loquamini inter vos? Illi enim de illo loquebantur: Tu solus inquit peginus es in hierusalem: et non cognouisti qui fecerunt sacerdotes et principes nostri de Iesu nazareno: qui erat potens in factis et dictis: quomodo eum crucifixerunt et occiderunt? Nos autem sperabamus: quod ipse erat redempturus israel. In

magno ieiunio dominus remanserat: nisi reficeret quos voraret. Nam refecit eos: consolatus est eos: confirmavit eos: et in corpore suo convertit eos. Fuit et hoc modo ieiunio dominus noster. Et oratio mea: inquit: in sinu meo convertet. In hoc plane versu magnus sinus est: et prestet dominus ut penetrabilis nobis fiat. In sinu enim secretus agnoscitur. Et quidem fratres et nos orare sic bene admonemur in sinu nostro: ubi deus videt: ubi deus audit: quod nullus oculus humanus penetrat: quo non videt nisi qui subuenit. Ubi oravit Susanna: et cum eius vox ab hominibus non audiret: a deo tamen audita est. Et hoc bene admonemur: sed in domino nostro aliquid plus debemus intelligere: quia et ipse oravit. Et quidem ciliquium eius non agnoscimus in euangelio secundum litteras. Nec ieiunium eius tempore passionis secundum litteras: atque ea exposuimus in allegoria: et similitudine dicta ut potuimus. Orationem vero eius et de cruce audiimus: Deus meus deus meus: ut quid me dereliquisti. Et id tibi nos oramus. Quando cum dereliquit pater a quo nunquam discessit: Legimus etiam in mente orasse solum Iesum. legimus prostrasse in oratione etiam sub tempore ipsius passionis. In sinu ergo meo convertebatur oratio mea. Nescio quid melius intelligam de domino: interim nunc quod occurrit: forte melius aliquid postea occurret: vel mihi: vel cuius meliori. Iussum meum convertet oratio mea: hoc intelligo dictum: quia in sinu suo habebat patrem. Deus enim erat in christo mundum reconcilians sibi: in se habebat quem deprecaretur: non erat ab illo longe: quia ipse dixerat: Ego in patre et pater in me est. Sed quia oratio ad ipsum magis hominem pertinet. Secundum enim quod verbum est christus: non orat sed exaudit: et non sibi subuenire querit: sed cum patre omnibus subuenit. Quid est oratio mea in sinum meum convertet. Nisi in meipso humanitas in meipso interpellat diuinitatem. Sicut primum quasi fratrem nostrum ita complacebam: tanquam lugens et contristatus ita humiliabar. Ad corpus suum respicit: iam nos hic videamus. Quando gaudemus in oratione: quando mens nostra serenatur: non prosperitate seculi sed luce veritatis. Qui sentit hanc lucem: nouit quod dico: et vidit hic agnoscitque quod dictum est: Sicut primum: sicut fratrem nostrum: ita complacebam. Sic enim anima placet deo: non longe posita: in illo inquit mouemur et sumus

quasi fratri: quasi propinquo: quasi amico. Si autem non est talis: ut possit sic gaudere: sic fugere: sic propinquare: sic adherere: videt longe se inde: faciat quod sequitur: Tanquam lugens et contristatus ita humiliabar. Et fratrem nostrum ita complacebam: propinquas dixit: Et lugens et contristatus sic humiliabar. remotus et longe positus dixit: Quid enim luget: nisi quod desiderat et non habet. Et non nunquam in vno homine vtriusque contingit: ut aliquando longe fiat: propinquat luce veritatis: longe fit nubilo carnis. Neque enim fratres deo qui vbiusque est: et nullo continetur loco: aut per loca propinquamus: aut ab illo per loca remouemur. Propinquare illi est simile illi fieri. recedere ab illo: dissimile illi fieri. Nonne cum vides duas res prope similes: dicis: propinquat hec illi. et quando tibi dissimilia demonstrant: quis vno loco et plerumque vna manu teneant: dicis: longe est hec species ab illa: Ambas tenes: ambas adiungis: et dicis: longe est res ab illa: non vtriusque loco: sed dissimilitudine: Si ergo vis propinquare: similis esto: si non vis esse similis: longinquabis. Sed cum similis es gaude: et cum dissimilis es gemit: ut gemitus excitet desiderium: imo desiderium excitet gemitum: et per gemitum propinques: qui ceperas longinquare. Nonne Petrus propinquauit quando dixit: Tu es christus filius dei viui: Et rursus idem ipse longe factus est dicendo: Domine absit a te: non fiet istud. Beneque tanquam primum quid dixit propinquasti: Beatus es Symon bariona. Tanquam longinquasti dissimili quod dixit: Redi retro sathanas. Illuc propinquasti dixit: Non tibi reuelauit caro et sanguis: sed pater meus qui in caelis est. Illi lux te perfudit: illius luce fulges. Quando autem longe factus dixit passioni domini future pro salute nostra: non sapiunt quae dei sunt: sed quae sunt hominum. Adverto ambas res ponens quidam in psalmo ait: Ego dixi in extasi mea piectus sum a facie oculorum tuorum. In extasi non diceret nisi propinquaret. Extasis enim mentis excessus est. Effudit super se animam suam et propinquauit deo: et per quadam nubem pondusque carnis rursus in terram piectus: recolens vbi fuisset: et videns vbi esset: dixit: Proiectus sum a facie oculorum tuorum. Ergo sicut proximam: sicut fratrem nostrum: ita complacebam: postquam fiat in nobis: Quia autem non fit vel hoc fiat: tanquam lugens et contristatus: ita humiliabar. Et aduersus me letati sunt et conuerterunt in vnum: Illi leti: ego tristis. Et

Alia lra.
In sinu meo.

Alia lra.
+ Quasi.
+ sic.
+ Quasi.
+ sic.

Alia lra.
† super.
† ignorauit.

modo audiui in euāgelio: Beati qui lugent: miseri qui rident. Aduersus me letati sunt et cōuenerūt. **Cōgregata sunt in me flagella et ignorauerūt.** Quoniam quae ignorabam interrogabāt me: et ipsi ignorauerūt quae interrogarēt. **Leptaauerūt me et sbsanauerūt me sbsanna tiōe.** Id est irriserūt me: insultauerūt mihi: hoc capiti: hoc corpori. Attendite fratres ad gloriā ecclesie quae nūc est: respicite opprobria eius p̄t erita: respicite aliquādo vndiq̄ fugatos esse christianos: et vbiq̄ inuētos: illusos: cesos: occisos: bestijs obiectos: incēsos: letatos homines aduersus illos. **Quod capiti: hoc et corpori.** Sic enī domino in cruce: sic corpori ipsius in omni illa quae iam facta est p̄secutione: nec desinūt etiam nūc p̄secutiōes ip̄oz. Vbiq̄ inuenerint christianū solēt insultare: exagitare: irridere: vocare hebetē: insultū: nulli⁹ cordis: nulli⁹ peritie. Quicquid faciāt: christ⁹ in celo ē: quicquid faciāt: honorauit ille penā suā: iā crucem suam in omib⁹ frontib⁹ fixit: impi⁹ insultare p̄mittit: seuire nō permittit: s̄ tamē ex eo quod lingua pronūit: intelligit quod gestet in corde. **† Striderūt in me dentibus suis.** **Domine quādo respicies: restitue animā meā ab astutijs eoz: a leonib⁹ vnicā meā.** Nobis enī tardus est: et ex p̄sona nostra hoc dictū est: quā respicies: id est quā videbim⁹ vindictā de his qui nobis insultant: quā illā viduā iudex tedio victus exauditur⁹ ē. Verū tamē iudex noster nō tedio: sed amore differt salutē nostrā: ratione nō inopia: nō quia non potest: et modo subuenire: sed vt numer⁹ omnium nostrū vsq̄ in finē possit impleri. Et tamē nos ex desiderio quid dicim⁹? **Domine quādo respicies: restitue animā meam ab astutijs eoz: a leonib⁹ vnicā meā:** id est ecclesiam meam a seuientibus potestatibus. **Beniq̄ vis nosse quid sit illa vnicā: Lege sequētia.**

Alia lra.
† frenduerūt.
Alia lra.
† malignitate.

Cōfitebor tibi domine in ecclesia magna: in populo graui laudabo te. Plane in ecclesia multa cōfitebor tibi: in populo graui laudabo te. Sit enī cōfessio in omni multitudine: sed nō in omnib⁹ deus laudat. **Tota multitudo audit cōfessionem nostrā: sed nō in omni multitudine laus dei est.** In ista enī omni multitudine: id est in ecclesia: que toto orbe terrarū diffusa est: palea ē et frumentū. **Palea volat: frumentū manet:** ideo in populo graui laudabo te. In graui populo quem ventus tē

ptationis non aufert: in his deus laudatur: **Itā in palea blasphemaf semper.** Quādo palea nostra attēdit quid dicit: **Ecce quomodo viuunt christiani: ecce quid faciunt christiani: Et fit quod scriptum est: Quoniam nomē meū p̄ vos blasphemaf in gentibus.** **Inique inuide aream inspicis: qui totus in palea es: non tibi facile grana occurrunt: quere et inuenies populū grauem: in quod omni laudes vis inuenire? Esto talis.** Nam si non fueris talis: difficile est vt nō omnes tales tibi videant: qualis es. **Et parātes ait apostol⁹: semetip̄os in semetip̄is nō intelligūt: In p̄lo graui laudabo te.** **† Nō insultet mihi qui aduersant mihi inique.** Insultat enī mihi de palea mea. **Qui oderūt me gratis.** Hoc ē quib⁹ nihil nocui. **Et annuētes oculis.** Hoc est hypocrite simulati. **Quoniam mihi quidē pacifice loquebant: Quid est annuētes oculis: Pronūciantes vultu quod in corde nō gestant.** Et annuētes oculis quae sunt: **Quoniam mihi quidē pacifice loquebant. Et in sup̄ irā dolose cogitabāt.**

Alia lra.
† sup̄gaudeat.

Alia lra.
† annuēt.

Et dilatauerūt in me os suū: Primo annuētes oculis: leones illi querentes rapere et deuorare: p̄mo blandiētes pacifica loquebant: et super iram dolose cogitabant. **Que pacifica loquebant: Magister scimus: quia nullus p̄sonam accipis: et in veritate viā dei doces: licet dare tributū cesari: an nō licet.** **Adhibi quidē pacifica loq̄batur.** **Quid ergo: Eos tu nō agnoscebas: et fallebant te oculis annuētes.** Immo agnoscebat: ideo ait: **Quid me temptatis hypocrite: Postea dilatauerūt in me os suū: clamantes: crucifige crucifige.** **Bixerūt euge euge viderūt oculi nostri.** Hoc iā insultādo euge euge: p̄phetiza nobis christe. **Quomodo simulata erat pax ip̄oz: quā temptabant de numo: sic iam insultatoria laus eoz.** **Bixerūt euge euge viderūt oculi nostri: id est facta tua: mirabilia tua: hic est christus: si ip̄e est christus descendat de cruce et credim⁹ ei: alios saluos fecit: seip̄m saluum facere non potest.** **Viderūt oculi nostri.** Hoc est totū quod se iactabat: quod se filium dei dicebat. **Domine autēz patiens herebat in cruce: non potentiā perdidit: sed patientiā demōstrabat.** **Quid enim illi erat magnū de cruce descendere: qui potuit postea de sepulchro resurgere: Sed cessisse videtur insultantibus: et hoc oportebat: vt resurgens suis se ostende-**

Alia lra.
† Et iracūdia terre loquētes dolos. † sup̄.

ret: et non illis in magno sacramento: quia resurrectio ipsius vitam nouam significabat: vita autem noua amicis nota est: non inimicis. **Vidisti domine ne sileas:** Quid est ne sileas: **Judica.** De iudicio et eni dicit quodam loco. **Tacui:** nunquid semper tacebo: **Et de dilatione iudicii dicit peccator:** **Hec fecisti et taci:** suspicatus es iniquitatem: quod ero tibi similis. **Quo tacet qui loquitur per prophetas:** qui loquitur ore suo in euangelio: qui loquitur per euangelistas: qui loquitur per nos quando verum dicimus. **Quid ergo silet:** A iudicio non a precepto: non a doctrina. **Hoc autem iudicium ipsius vocat quodammodo propheta et predicat:** **Vidisti domine ne tacearis.** id est quod non silebis: quod necesse est ut iudices. **Domine ne discedas a me.** **Non enim veniat iudicium ne discedas a me:** sicut promissisti: **Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem seculi.** **Exurge domine et intende iudicio meo.** **Cui iudicio:** **Quia tribulatus es:** quia laboribus et doloribus cruciatus es. **Nonne ista etiam multi mali patiuntur:** **Cui iudicio:** **Ideo iustus:** quia ista pater. **Non.** Sed quid: **Judicio meo.** **Quo sequitur:** **Intende iudicio meo.** **Deus meus et dominus meus in causam meam.** **Non in penam meam:** sed in causam meam. **Non in id quod mecum habet latro commune:** sed in illud quod beati qui persecutiones patiuntur propter iusticiam. **Hec enim causa discreta est.** **Nam pena similis est bonis et malis.** **Itaque martyres non facit pena:** sed causa. **Nam si pena martyres faceret:** omnia metalla martyribus plena essent: omnes catene martyres traherent: omnes qui gladio feriuntur coronarentur. **Ergo discernatur causa:** **Nemo dicat:** quia patior iustus sum: quia ipse qui primo passus est: ideo magnam exceptionem addidit: **Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam.** **Nam multi habentes bonam causam faciunt persecutionem:** et habentes malam causam patiuntur persecutionem. **Si enim persecutio non posset fieri bene:** non diceret in psalmo: **Betrahentem primo suo occulte:** hunc persequer bar. **Deinde fratres pater bonus et iustus:** nonne persequitur filium luxuriosum: **Persequitur vitia eius:** non ipsum. non quod genuit: sed quod ille addidit. **Medic** nempe qui ad salutem adhibet: nonne ferro plerumque armatur: **Sed contra vulnus:** non contra hominem: **secat ut sanet:** et tamen cum secat egrotus dolet: ille clamat resistit: et si forte febre mentem perdidit: etiam medicum cedit: nec tamen ille desistit a salute

egrotantis quod nouit facit: illum maledicentem conuiciantem non curat. **Nonne excitantur cuncti letargici ne somno graui premantur in morte:** **Et hoc patiuntur a filiis suis quos carissimos genuerunt:** **Et non est carus filius:** nisi fuerit dormienti patri molestus. **Letargici excitantur:** frenetici ligantur: sed tamen vtrique amantur. **Nemo ergo dicat:** persecutiones patiatur: non ventilet penam: sed probet causam. **Si causam non probauerit:** numeret cum iniquis. **Ideo quod vigilanter:** quod optime hic commendauit: **Domine intende iudicio meo:** non penam meam: **deus meus et dominus meus in causam meam.** **Judica me domine secundum iusticiam meam:** **Hoc est in causam meam.** **Non secundum penam meam:** sed secundum iusticiam meam. **Domine deus meus:** id est secundum hoc me iudica. **Et non insultent in me inimici mei.** **Non dicant in corde suo euge euge anime nostre:** **Id est fecimus quod posuimus:** occidimus: abstulimus: non dicant: ostende qui nihil fecerunt: non dicant: absorbuimus eum. **Unde illi martyres dicunt:** nisi quia dominus erat in nobis: fortasse viuos absorbuissent nos. **Quid est absorbuissent nos:** **In corpus suum traiecissent nos.** **Hoc enim absorbes quod in corpus tuum traiecit.** **Vult te mundum absorbere:** tu absorbe mundum: et traiece illum in corpus tuum: **macta et mactuca.** **Quod Petro dictum est:** **Macta et mactuca:** occide in eis quod sunt: **fac eos quod tu es.** **Illi autem protra si tibi psuaserint impietatem:** absorbeberis ab eis: non quando persequuntur te ab his absorberis: sed quando tibi psuadent quod sunt. **Hec dicant:** **absorbuimus eum.** **Tu absorbe corpus paganorum.** **Quare corpus paganorum:** **Vult te absorbere:** **fac illi quod vult facere.** **Ideo fortasse vitulum ille comminutus in aquam missus:** et populo datus est: ut absorberet ab israel corpus impiorum. **Erubescant et reuerentur filii qui gratulantur malis meis.** **Inviduant confusione et verecundia:** **Et nos illos absorbeamus erubescentes et confusos.** **Qui maligna loquuntur aduersum me.** **Illi erubescant:** illi confundant. **Quid tu:** **Itaque caput cum membris:** **Exultent et letentur qui volunt iusticiam meam:** **Qui beferint corpori meo.** **Et dicant semper magnificetur dominus qui volunt pacem serui eius.** **Et lingua mea meditabitur iusticiam tuam:** **tota die laudem tuam.** **Et cuius lingua durat medi-**

Alia lra.
† supgaudeat.
mibi.
† cordibus suis.

Alia lra.
† deuorauim.

Alia lra.
† reuerentia.

Alia lra.
† sup.

tari tota die laudē dei. Ecce modo paulo longior sermo factus est: fatigamini tota die deū laudare q̄s durat: Suggesto remediū: unde tota die laudes deū si vis: quicquid egeris bene age: et laudasti deū. Quā cātas hymnū: laudas deū. Lingua tua q̄d agit: nisi laudet cōsciētia tua: Et quotiēs tu cessasti ab hymno cantādo: discedis vt reficiaris: noli inebriari: et laudasti deū. Discedis vt dormias: noli surgere ad malefaciēdū: et laudasti deū. In negotia agit: noli fraudem facere: et laudasti deū. Agrū colis: noli fraudē facē: et laudasti deū. Agrū colis: noli litē mouere: et laudasti deū. In inocētia operū tuorū prepara te ad laudandum deum tota die.

Explicit Tractatus de ps. xxxiii.
Nihil pōderis ap̄d te h̄re putas. S; dictu
rus es mihi: Nūqd̄ Bonatistas milia epi
scopoz dānauerūt de toto orbē terraruz:
Optie nō dānarūt: Quare nō dānarūt:
Quia iudicio nō interfuerūt: si iudicio nō
interfuerūt: p̄pterea nō dānauerūt: qz cāz
illā penit' nescierūt. Ab inocētib' quare te
separasti. Venit huc ad te d̄ orbē fraz ba
ptizat' quē vis sbaptizare: et te iā letale my
steriū exercētē: et volētē iterare: qd̄ seml da
tur et n̄ amittit: adit cū magna voce et genu
tu et dicit tibi: qd̄ est qd̄ vis facere: rebapti
sare me. Aut nescio q̄s mesopotamen': ne
scio q̄s syrus: nescio q̄s pōtic' vel lōg' cō
stitut' Rūdes: qz n̄ habes baptismū. dic il
le. q̄re. lege epl̄as pauli ad me datas: Veit
nescio q̄s de galacia: d̄ pōto: veit nescio q̄s
de philadelphia: ad q̄s ecclias Jobes scri
psit. Venit a colossis: venit a philippis: a
thessolōica: Ego et dic n̄ habeo baptismū:
ad quē scripsit Apl̄s: p̄ quē tu hēs: et aude
legere epl̄am meā: q̄ detestaris pacē meā.

**Sermo Tertius de tertia parte
eiusdem psalmi.**

Pars nouissima psalmi hui' in dis
cussa vobiscū: et intractata remā
serat. Proinde sicut vido nō qui
de scdm̄ dispositionē nostrā: h̄ tñ non p̄ter
dispositionē suā: ad reddendū debitū nos
dñs reuocauit. Intēti ergo estote fratres:
vt si possum' deo adiuuāte: vel mō solua
mu sqd̄ nos debere cognoscim'. Quis ē
qui dic qd̄ mō cantauim'. **Iuuenis
fuit et seniu:** et nō vidi iustū dereli
ctū: nec semen eius querēs panes.
Sic q̄si vii' hō loq̄t. Q̄ multuz tps ē etas
vni' hoīs: Et qd̄ magnū ē: vt hō positus
ī vna aliq̄ pte fraz p̄ totaz vitā suā: tā bre
uē: q̄ hūana vita breuis ē: q̄ suis ad sene
ctutē a iuuetue ptuenerit: nō viderit iustū

Alia lra.
i Junior.
tetenim.

derelictū: nec semē ei' q̄rēs panē. Nō ē mi
rādū. Potuit em̄ fieri: vt an̄ vitā ipi' fuis
set aliq̄s iust' q̄rēs panē: potuit fieri ī alia
pte terraz non vbi ipē esset. Beinde aliud
qd̄ mouet audite. Ecce vnusq̄sq̄ in vob' q̄
forte iā senuit: respiciēs cursus etatis sue:
iā pactos sibi: vbi cogitatioē vsat' fuerit: ī
his q̄s nouit: forte nō ei occurrit iust' q̄rēs
panē: aut fili' iusti q̄rēs panē: h̄ tñ respicit
ad septuras diuinas: et iuenit angustatū iu
stū: et famē passū ī regiōe sua: mutasse aliā
regionē: Inuēit et filiū ipi' Isaac eiusdē fa
mis cā: ī alias ille regiones q̄rētē panē: Et
quō erit verū nūq̄ vidi iustū derelictū: nec
semē ei' q̄rēs panē: Et si verū h̄ iuēit ī spa
cio vite sue: alit' tñ iuenit ī lectōne diuina: q̄
fidelior ē q̄ vita hoīm. Quid ē faciamus:
Adiuuēt nos pia studia v̄ra: ispiciam' in
his vsib' psalmi volūtate dei: qd̄ nos itel
ligere velit. **Adet'** ē em̄ ne vnusq̄sq̄ ifirm':
nō capiēs spūaliter intelligē septuras: eat ī
exēpla hūana. Videat aliq̄n bonos suos
dei esse ī necēte aliq̄: et ī opia q̄rendi panes:
maxie et Paulū Aplm̄ cogitet q̄ dic: In fa
me et siti: ī frigore et nuditate: et scandalizet
ap̄d seipm̄ dicēs: certe verū est qd̄ cātavi:
certe vez ē qd̄ ī ecclia stās tā deuota vo
ce p̄sonur: nūq̄ vidi iustū derelictū: nec se
mē ei' q̄rēs. panē Fallūt nos septure: di
cat ap̄d se et dissoluāt oīa ei' mēbra ab ope
re bono: q̄b' mēbris intrinsecus: qd̄ est gra
ui' et in interiore hoīe resolut': iā desistat ab
ope bono: et dicat sibi. Ut qd̄ bñ opoz: Ut
qd̄ panē meū frāgo esuriēt: et nudū vestio:
et sine tecto iduco ī domū meū: attēdēs ad
id qd̄ septū ē: nūq̄ vidi iustū derelictū: nec
semē ei' q̄rēs panē: cū videā tot hoīes be
ne viuētes plerūq̄ fame laborātes: S; si
forte erro ego: vt tā illū q̄ bñ viuūt: q̄ q̄ ma
le viuūt putē bñ viuere: et aliter illū nouit de
us: id est iniquū esse quē ego iustum puto:
qd̄ facio de abraā quem iustū ipa septura
cōmēdat: Quid facio d̄ ipō Aplō Paulo
q̄ dic: Imitator es mei estote: sicut ego chri
sti. An vt etiam ego sim ī malis que ille p̄
tulit ī fame et siti: in frigore et nuditate: Ita
cogitātē: et vt dixi dissolut' mēbris oib' ite
riorib' a facultate opis boni: possum' ne
frēs tāq̄ paliticū tollere: et apire tectū scri
pture h': et eū s̄mittē ad dñm. Uidet' em̄
qz obscurū est. Porro si obscurū est: tectū
est: et paliticū quendam aio intueor: et hoc
tectū video: et sub hoc tecto video: et chri
stū latere agnosco. Faciā quātū possum' qd̄

laudatū est in illis: qui ap̄to tecto ad chri-
 stū paliticū s̄miserūt: vt dicēt illi: Cōstās
 esto fili: remissa sunt enī tibi peccata tua.
 Sic enī fecit interiorē hoīem saluū a para-
 lisi: remittēdo peccata sua: ⁊ p̄stringēdo fi-
 dē. Sed erant ibi hoīes: qui nō habebant
 oculos ad videndū interiorē paraliticū
 iam esse sanatū: ⁊ medicū curantē putave-
 rūt blasphemantē. Quis est hic inquit: q̄
 peccata dimittit: Blasphemat iste. Quis
 potest dimittere peccata: nisi solus de⁹: Et
 quia ille erat deus: talia cogitātes audie-
 bat. Hoc verbū de deo cogitabāt: sed de-
 um p̄sentē nō videbant. Fecit ergo ille me-
 dicus aliquid: ⁊ i corpe paralitici: vt ⁊ illo-
 rum qui talia dixerūt: interiorē palisim sa-
 naret. Fecit enī qd̄ viderēt: ⁊ dedit qd̄ cre-
 derent: Eia ergo quisq̄s es tā infirm⁹ ⁊ lā-
 guēs corde: vt attēdens hūana exempla:
 velis a bonis operib⁹ desistere: ⁊ palisi q̄-
 daz interiorē dissolut⁹ es: Hūc ḡ si possu-
 m⁹: ap̄erto isto tecto s̄mittamus ad deū.
 B̄ns enī ip̄e in corpe suo qd̄ ē ecclia: iuni-
 or fuit primis t̄pib⁹: ⁊ ecce iā senuit. Most⁹:
 ⁊ agnoscitis: ⁊ intelligitis: qz in hoc positi
 estis: ⁊ ita credidistis: qz caput nostrū chri-
 st⁹ ē: corpus capitis illi⁹ nos sum⁹. Nūq̄d
 soli nos: ⁊ nō etiā illi qui fuerūt añ nos. Qui-
 nes qui ab inicio seculi fuerunt iusti: caput
 christum habēt. Illuz enī ventur⁹ esse cre-
 diderūt: quē nos venisse iam credim⁹: ⁊ in
 ei⁹ fide ⁊ ipsi sanati sunt: in cuius ⁊ nos: vt
 cēt ⁊ ipse totius caput ciuitat̄ hierl̄m: om-
 nibus cōnumeratis fidelib⁹: ab initio vsq̄
 in finē: adiunctis etiā legionib⁹ ⁊ exerciti-
 bus angeloruz: vt fiat illa vna ciuitas sub
 vno rege: ⁊ vna quedā puīntia s̄b vno im-
 patore: felix in p̄petua pace ⁊ salute: lau-
 dans deū sine fine: br̄a sine fine. Corp⁹ au-
 tē christi qd̄ est ecclia: tāq̄ vn⁹ qdā hō p̄-
 mo iunior fuit: ⁊ ecce iam in fine seculi ē in
 senecta pingui: qm̄ d̄ illa dictū est: Adhuc
 multiplicabit̄ in senecta pingui: multipli-
 cata est sup̄ oēs gentes: ⁊ ipsius vox est at-
 tendētis: quasi vnus hoīs primā etatē su-
 am: ⁊ istā nouissimā respiciēt̄ p̄ omnia: qz
 oēs etates notas habet p̄ scripturas: ⁊ a t̄
 exultās ⁊ monēs: Junior fui primis t̄pib⁹ se-
 culi: ⁊ ecce senex sū: etiā nouissimistēpori-
 bus seculi: ⁊ nūq̄s vidi iustū derelictū: nec
 semen eius q̄rēs panē. Agnouim⁹ hoīem
 iuniorē et senem: ⁊ tanq̄ ap̄to tecto pueni-
 mus ad christū. Sed quis est iust⁹: qui nō
 est visus derelictus: nec semen eius q̄rens

panē: Si intelligis panē: intelligis illum.
 Panis est enī verbū dei: qd̄ nunq̄s ab ore
 iusti discedit. Nā ⁊ in capite suo iustus iste
 tēptatus: hoc respōdit. Quē enī ip̄i dño di-
 abolus ait esuriētī: ⁊ famē patiētī: B̄ic la-
 pidibus istis vt panes fiāt: r̄ndit: Nō i so-
 lo pane viuūt homo: sed i omni verbo dei.
 Be inde fratres mei attendite: qm̄ faciet iu-
 stus voluntatē dei: Semp̄ enim facit: ⁊ se-
 cundū volūtātē ei⁹ viuūt. Volūtās dei de
 corde ei⁹ nō recedit: quia volūtās dei: ipsa
 est lex dei. Et quid dictū est de tali: Et i le-
 ge eius meditabitur die ac nocte. Panes
 istum manducas vna hora ⁊ dimittis: pa-
 nes illū verbi die ac nocte. Quādo enī au-
 dis: aut qm̄ legis: manducas: qm̄ inde cogi-
 tas: ruminas: vt sis aīal mūdū: nō imūdū:
 Quod significat etiā sapiētia p̄ salomonē
 dicens: Thesaurus desiderabilis requie-
 scit in ore sapientis: vir autē stultus glutit
 illū. Quid enī glutit: Ut non in illo appa-
 reat quod vorauit: oblitus est quod audi-
 uit. Qui autem non est oblitus: cogitat: et
 cogitando ruminat: ruminando delectat.
 Unde dicit: Cogitatio sancta fruabit te.
 Et ecce si seruat te in ruminacione panis
 huus sancta cogitatio: nunq̄s vidisti iustū
 derelictū: nec semen eius querens panes.
Lota die miseretur ⁊ feneratur.
 Feneratur quidē latine dicitur: et qui dat
 mutuum: et qui accipit. Planius hoc autē
 dicitur: si dicamus fenerat. Quid ad nos:
 quid grāmatici velint: Adelius in barba-
 rismo nostro vos intelligit: q̄s in nostra di-
 scritudine vos deserti eritis. Ergo iustus
 iste tota die miseret: ⁊ fenerat: S̄z nō gau-
 deant feneratores. Inuenimus enim quē-
 dam feneratores: sicut inuenimus quen-
 dam panem. vt vbiq̄ ap̄erto tecto perue-
 niamus ad christum. Nolo sitis fenerato-
 res: et ideo nolo: quia deus non vult. Nā
 si ego nolo: ⁊ deus vult: agite. Si autē de⁹
 non vult: etiam si ego vellē: malo suo age-
 ret qui ageret. Unde apparet deum hoc
 nolle: B̄ictum est alio loco: Qui pecuniā
 suam non dedit ad vsuram. Et q̄s detesta-
 bile sit: ⁊ q̄s odiosum: q̄s execrandum: pu-
 to quia et ipsi feneratores nouerūt. Rur-
 sus autez ego ipse: immo deus noster: qui
 te phibz eē feneratōrē: iubet te eē fenerato-
 rē. Et dicit tibi: fenera deo. Si fenerās ho-
 mi: hēs spez: Et si feneras deo: spez nō ha-
 beb. Si fenerauer̄ hoī: id ē mutūā pecuniā
 tuaz dederis: a quo aliqd̄ plus: q̄s dedisti

expectes accipere: nō pecuniā solā: sed ali-
quid plus q̄ dedisti: siue illud triticū sit: si-
ue vinū: siue oleum: siue quodlibet aliud:
si plus q̄ dedisti expectas accipere fenera-
tor es: et hoc improbādus nō laudādus.
Quid ergo inquis facio: vt sim vtilis fe-
nerator: Attēde q̄d facit fenerator. Adm̄
vult dare: certe et pl̄ accipe. Hoc fac et tu:
da modica: accipe magna. Et de q̄ late
crescat fenus tuū. Ba t̄palia: accipe eter-
na: da terrā accipe celū. Et cui dabo forte
dicis: Ip̄e dñs p̄cedit quē feneres: qui ti-
bi iubebat ne fenerator sis. Audi scriptu-
rā: quō feneres dñm. Fenerat inquit dñm
qui miseret paupis. Nō em̄ eget a te dñs:
sed habes aliū qui a te eget. Illi porrigi-
t: ille accipit. Nō em̄ habet paup: q̄d tibi re-
tribuat: et tñ ip̄e vult retribuere: et nō iueit
q̄d: sola i illo remanet beniuolētia orādī p̄
te. Cū aut̄ paup orat p̄ te: tanq̄ deo dicit:
Bñe mutuū accipi: fidedic me: Proin-
de et si nō tenes paupē redditorē: si idoneū
tenes fideiussorē. Ecce deus tibi de sc̄ptu-
ra sua dicit: da secur̄ esto: ego reddā. Quō
solēt dicere fideiussorē: Quid dicā: Ego
reddo: ego accipio: mihi das. Putam̄ ne
et hoc dicit de⁹: ego accipio: mihi das. Pla-
ne si deus xp̄s q̄d non dubitat: ip̄e dixit:
Esuriui et dedisti mihi māducare: Et cū il-
li dicerēt: Quā te vidim⁹ te esurientem: vt
ostēderet se paupū fideiussorē: oīm mēbro-
rū suorū sponzorē: q̄ ille caput: illi mēbra:
Et cū accipiūt mēbra: caput accipit: cū vni
inquit: ex his minimis meis fecisti: mihi fe-
cisti. Eya auare fenerator: vide q̄d dedi-
sti: vide q̄d acceptur⁹ es. Si dedisses pau-
cam pecuniā: et ille cui dederas p̄ pua pe-
cunia tua: daret tibi magnā villā incōpa-
biliter amplius valentē: q̄ tu pecuniaz de-
deras: quātas gratias ageres: quāta leti-
cia tollerēt: Audi quā possidēz det quē
fenerasti: Venite bñdicti patris mei p̄cipi-
te. Quid: Qd̄ dedistis: Absit. Terrena de-
distis q̄ si nō dedisset in terra putrescerēt.
Quid em̄ inde factur⁹ eēs si nō dedisset:
Qd̄ piturū erat in terra: seruatū est i celo.
Ergo qd̄ seruatū est: hoc accepturi sumus:
Seruatū est meritū: fact⁹ est thesaur⁹ tuus
meritū tuū. Nā vide quid sis accepturus.
P̄cipite regnū qd̄ vobis paratum ē ab
initio mūdi. Cōtra: illi qui fenerare nolue-
rūt: quid audiēt: Ite i ignē eternū qui pa-
ratus est a diabolo et angelis ei⁹. Et quid
vocat̄ regnū qd̄ accipim⁹: Attēdite seq̄n-

tia. Isti ibūt in cōbustionē eternā: iusti au-
tē i vitā eternā. Ad hoc ambite: h̄ emite:
ad hoc fenerate: habetis ch̄istū in celo se-
dentē: in terra petentē: inuenim⁹ quō fene-
ret. Iust⁹ tota die miseretur et fenerat. Et
semen eius in benedictiōe erit. Et
hic nō occurrat carnalis cogitatio. Et
videmus multos filios iustorū fame mouentes:
quō ergo semē ei⁹ in bñdictiōe erit: Semē
eius reliquie ei⁹: vñd̄ hic seminat: et postea
metet. Nāq̄ ap̄ls dicit: Bonū aut̄ faciētes
nō deficiam⁹: t̄p̄e em̄ suo metem⁹ infatiga-
biles. Itaq̄ dū t̄p̄s habemus ait: opeimur
bonū ad oēs. Hoc est semen tuuz: qd̄ erit
in benedictione. Terre cōmittis: et t̄to am-
plius colligis: ch̄isto cōmittis et p̄des: U-
de ip̄m semen expressius noiātū ab Ap̄lo
cū d̄ elemosynis diceret: h̄ em̄ ait: Qui p̄-
ce semiat: p̄ce et metet: et q̄ semiat i bñdicti-
one d̄ bñdictiōib⁹ et metet: si laboras forte
cū semias: et doles cū miserer: q̄ miser⁹
vides. Meli⁹ em̄ aliq̄n nō habebim⁹ qui-
bus ista dem⁹. Cū oēs incorruptiōe cōmu-
tabunt: nullus esuriet cui porrigas panē:
nlls sitiet cui des potū. Null⁹ nud⁹ erit quē
vestias: nlls pegrin⁹ quem suscipias. Hic
autē inf̄ crūnas: tēptationes: dolores: ge-
mit⁹ mittim⁹ semē. Sed respice ad psalmū
aliū: eūtes ibāt et flebāt mittētes semīa sua.
Attēde q̄ semē ei⁹ in bñdictione erit. Ve-
niētes aut̄ venient cū exultatiōe: portates
manipulos suos. Et ergo quid sequit̄: et
noli esse piger. Declina a malo et fac
bonū. Noli tibi putare sufficere si nō ex-
polias vestitū. Nō expoliādo em̄ vestitus
declinasti a malo: sed noli arefcere et steril-
esse: sic noli spoliare vestitū: vt vestias nu-
dū. Hoc est em̄ declinare a malo et facere
bonū. Et qd̄ inde habebō: dicitur es. Itaq̄
tibi cōmēdauit ille quē feras: quid tibi
dabit: Vitā et nā dabit tibi: da illi secur̄.
Audi et id qd̄ sequit̄. Declina a malo et fac
bonū. Et inhabita in seculū seculo-
rum. Et noli putare cuz das qd̄ nemo te
videat: aut q̄ deserit te de⁹: qñ forte dede-
ris pauperi: et p̄secutū fuerit aliq̄s dānuz:
aut aliqua tristitia rei amisse: et dicas tibi:
qd̄ p̄fuit bona me fecisse opa: Puto non
amat de⁹ hoies qui benefaciūt. Unde ista
vestra sit murmuratio: vñ iste strepit⁹: nlls
quā abundant iste voces: Unusq̄sq̄ mō
cognoscit has voces: aut in ore suo: aut
in ore vicini sui: aut in ore amici sui. Be-
at̄ illas deus: et extirpet spinas de agro

Alia fra.
i illius.

Alia fra.
i seculi.

suo: plantet frugē bonā: et arborē fructife-
 ram. Quid enī tristat es o homo: quod de-
 disti paupi: et alia perdidisti: Nōne videt quod
 perdidisti quod nō dedisti: Quare nō respicis
 ad deū tuū: Ubi est fides: Quare sic dor-
 mit: Excita illā in corde tuo. Attēde quid
 tibi dixerit ipse dñs: quā te ad huiusmōdi bo-
 na opa exhortabat: Facite vobis sacculos
 nō veterascētes: thesaurū nō deficientē in
 celis: quo fur nō accedit. Hoc ergo cōme-
 mora quā plangis in dāno. Quid ploras
 stulte pravi cordis: aut non sani cordis?
 Quare perdidisti: nisi quod mihi nō cōmoda-
 sti: Quare perdidisti: Quis tibi abstulit: Re-
 spōdebis fur: Nōne hoc te premonuerat
 ne ibi poneret quo fur possit accedere. Si
 ergo dolet qui perdidit: hoc doleat quod nō ibi
 posuit vñ pure nō potuit. **Qm̄ domi-
 nus amat iudiciū et non derelin-
 quet sanctos suos.** Quā patiunt labo-
 res sancti: nolite putare quod nō iudicat de-
 us: aut puerse iudicat. Qui te mohet vt iuste
 iudices: ipse puerse iudicaturus est: Amat
 ille iudiciū: et nō derelinquet sc̄tōs suos: S-
 quō: Sic abscondita est apud illū vita sc̄tōz:
 vt qui mō laborāt in terra: quā tpe hyemis
 arbores nō hntes fructū et folia: illo appa-
 rente tāq̄ nouo sole exorto: illud quod in ra-
 dice viuebat: in fructib⁹ appareat. Amat
 ergo ille iudiciū: et non derelinquet sc̄tōs
 suos: sed laborat sc̄tūs in fame: nō illū de-
 relinquet deus. flagellat oēm filiū quē reci-
 pit. Cōtemnis illū quā flagellat: expauescit
 quā dicit. Unde enī flagellat: Pressurā tē-
 poralibus. Quā dicitur: Quā audiet: veni-
 te benedicti patris mei: percipite regnū quod
 vobis paratū est ab initio mūdi. Noli er-
 go piger esse flagellari: vt sis inter eos qui
 merent recipi. Ipsq̄ adeo ille amat iudici-
 um: et nō derelinquet sc̄tōs suos: quos fla-
 gellat ad tps. Et quā flagellat omnē filiū
 quē recipit: nec vnico peccat in quo deli-
 ctū nō inuenit. Quā dñs amat iudiciū: et
 nō derelinquet sanctos suos. Quia ergo
 nō derelinquet eos: forte hoc eis dabit quod
 hic amat: multos annos viuere: senescere.
 Nō attendis quod si senectutē optas venire:
 hāc optas: de quā cū venerit conq̄raris. Nō
 tibi ergo dicat aīa: vel mala vel infirma vel
 paruula: quod verū est: dñs amat iudiciū et
 nō derelinquet sc̄tōs suos. Reuera nō de-
 relinq̄t: vt tres pueros ī camino laudātes
 nō eos tetigit ignis. Nūquid sancti ei⁹ ma-
 chabei nō erāt: qui in ignib⁹ defecerūt car-

ne: nō fide: Sed hoc inq̄t maiorē questio-
 nem habet: quod cū fide illi nō defecerūt: ille
 illos dereliquerit. Audi quod sequit. **In
 eternū p̄seruabunt:** Tu paucos an-
 nos eis optabas: quod eis si daret dñs: non
 dereliqueret sc̄tōs suos. Elisibiliter nō de-
 reliquit tres pueros: occulte nō dereliquit
 machabeos. Illis enī dedit vitā t̄palem
 ad pfundēdos infideles: illos autē occulte
 coronauit ad iudicādā impietate p̄secuto-
 ris. Nec illos tñ: nec illos dereliquit: quod nō
 derelinquet sanctos suos. Et nihil magnū
 acceperunt tres pueri: si nō in eternum cō-
 seruarentur. In eternum conseruabuntur.
**Iniusti autē punientur: et semen
 impioz peribit.** Quō semē illius in be-
 nedictōe erit: sic semen impioz p̄ibit: Se-
 men enī impioz opa impioz. Nā inueni-
 m⁹ rursus filiū impij florē in seclō: et aliq̄
 fieri iustū: et florere in xp̄o. Unde ergo quō
 accipias: vt tectū aperias: et ad xp̄m pue-
 nias. Noli carnaliter: nā decipis: sed se-
 mē impioz oīa opa impioz p̄ibit: fructū nō
 habebit: Ad tps enī aliquid valēt: postea
 q̄rent et nō inueniēt quod opati sūt. Nā p̄dētūz
 quod opa sūt vox erit illa: Quid nob̄ p̄fuit
 supbia: aut quid diuitiaz iactatio cōtulit
 nobis: Transierūt omnia illa tāq̄ ymbra.
**Ergo semen impioz p̄ibit. Iusti he-
 reditate possidebūt terras.** Rursus
 auaricia nō surrepat: nec tibi aliquā villā
 magnā pmittat: nec quod hic iuberis cōtem-
 nere: ibi speres. Terra est quedā illa viuō-
 rū: regnū sanctoz. Unde dicit: Spes mea
 es tu: portio mea in terra viuoz. Nam et si
 vita tua illa est: intellige qualē terrā acce-
 pturus sis. Illa est terra viuētūz: hec est
 autē terra morientūz: receptura mortuos
 quos nutriuit viuos. Qualis ergo illa ter-
 ra: talis et ip̄a vita. Si eterna vita: eterna
 fra. Et quō eterna terra: **Et inhabita-
 bunt in sc̄m sc̄li sup eā.** Alia ḡ terra erit
 vbi inhabitabim⁹ in seculū seculi. Nam de
 ista dictum est: Celum et terra transibunt.
**Os iusti meditabitur sapienti-
 am.** Ecce est ille panis: videte quō libenter
 manducet iustus iste: quomodo verset in
 ore suo sapientia. **Et lingua eius lo-
 quetur iudiciū.** Lex dei eius ī
 corde ipsius: Ne forte putares cum in
 ore habere quod in corde nō habet: ne for-
 te cōputares eū cū illis de quib⁹ dictū est:
 Popul⁹ hic labijs me honorat: cor autē
 eoz longe ē a me: Et lingua eius loquetur iu-

Alia lra. t quia.

Alia lra. t autē heredita bunt.

dicū: lex dei ei⁹ in corde ipsi⁹. Et quid illi
p̄dest: Et nō supplantabunt gres-
sus eius. Liberat a laqueo verbū dei in
corde. liberat a via praua verbum dei in
corde: liberat a lapsu v̄bū dei in corde. Te
cū ē cui⁹ verbū a te nō recedit. Corde autē
qd̄ mali patit̄ quē custodit deus: Custodē
ponis in vinea: et cōtra fures securus es: et
pōt dormire custos ille: et ipse cadere: et fu-
rē admittere. Nō autē dormit neq̄ dormi-
tabit qui custodit israel. Lex dei eius i cor-
de ipsius: et nō supplantabunt gressus ei⁹.
Tuat ergo secur⁹: et inter malos viuat se-
curus: et inter impios viuat secur⁹. Quid
enim iusto mali pōt impius facere: Ecce
vide quid seq̄t. **Cōsiderat peccator
iustū: et querit mortificare eū.** Bicit
enī qd̄ in libro sapientie dicere p̄dictū est:
Grauis ē nobis etiā ad videndū: qm̄ dis-
similis est alijs vita ipsi⁹. Querit ergo mor-
tificare: quē dñs custodit: qui cū illo habi-
tat: qui d ore ipsi⁹: qui d corde nō recedit.
Dimittit eū: Ubi est qd̄ supius dictū est: et
nō relinquet sc̄tōs suos: Ergo considerat
peccator iustus et querit mortificare eum.

**Dñs autē nō derelinquet eum in
manib⁹ eius:** Quare ergo dereliquit mar-
tyres in manib⁹ impiorū: Quare fecerūt il-
lis quecūq̄ voluerūt: Alios gladio p̄cus-
serunt: alios crucifixerūt: alios bestijs tra-
diderūt: alios ignibus cremauerūt: alios i
catena ducentes: tabe diuturna p̄fecerūt.
Certe nō derelinquet dñs sc̄tōs suos: Bo-
minus autē nō derelinquet eū in manibus
eius. **Postremo ipm̄ filiū suū:** quare dimi-
sit in manib⁹ uideorū: Et hic tectū apertū: si
vis omni interiore mēbro cōstringi: pueni
ad dñm: audi quid dicat alia sc̄ptura: do-
minū p̄uidēs passurū ab impijs. Quid
ait: Terra tradita est i manib⁹ impij: Quid
est terra tradita est in manus impij: Caro
tradita est in man⁹ p̄sequentū. Nō ibi autē
dimisit iustū suū deus: de carne capta edu-
cit aiām inuictā. **Dimitteret deus iustum
suū in manib⁹ impij:** si illū fecisset p̄sentire
impio. **Cōtra qd̄ malū orat i alio psalmo
et dic:** Ne tradas me dñe a desiderio meo
p̄tōri. **Op⁹ est vt a desiderio tuo nō tra-
daris peccatori:** ne cū desideras vitā pre-
sentem: irruas in illā: et p̄das eternā. **A q̄
desiderio nō debet tradi peccatori.** Ab il-
lo de quo itē dicit: Et diē hoīs nō occupi-
ui: tu scis. **Qui em̄ desiderat et cōcupiscit
diē hoīs:** qm̄ illi mutat⁹ fuerit aduersarius:

qd̄ tollat illi diē humanū: qz occidit eū: et
p̄dit hāc vitā: q̄ nō sperat aliā vitā deficit:
et p̄sentit inimico. **Qui autē audit dñm di-
cētē: Noli timere eos q̄ corp⁹ occidūt:** ani-
mā autē nō possūt occide: et si tradat terra i
man⁹ impij: capta terra sp̄s euadit: sp̄i-
ritu euadete et terra resurget. Spiritus mu-
tabit ad dñm: terra mutabit in celū. Non
enī aliqd̄ de ip̄a terra perit q̄ ad tps̄ tradit
i man⁹ impij: Capilli capit⁹ vestri nūerati
sūt. Ergo securitas: sed si int⁹ sit deus. Si
autē expellat diabol⁹: admittit deus. **Dñs
autē nō derelinquet eū in manib⁹ ei⁹.** **Nec
damnabit eū cuz iudicabitur illi.**
Habēt aliqua exēplaria: Et cuz iudicabit
eū: iudicabit illi. Illi autē dictū est: cū iudi-
ciū sit de illo. **Possum⁹ em̄ sic loqui vt di-
cam⁹ hoī:** Iudica mihi: id est audi cāz me-
am. Cū ergo cepit audire cām iusti sui
deus: qm̄ optet oēs exhiberi añ tribunal
christi et stare: vt illic recipiat vnusq̄q̄ que
p̄ corp⁹ gessit: siue bonū: siue malum: Qñ
ergo ventū fuerit ad illud iudiciū: nō eum
dānabit: et si ad tps̄ videat dānari ab hoīe
Et si dixit sn̄iam p̄cōsul in Ciprianū: alia
est illa terrena: aliud tribunal celoz. Ab i-
feriore accepit sn̄iam: a superiore coronam.
Nec dānabit eū cū iudicabit illi. Sed qñ
erit: **Noli mō putare: tps̄ laboris est: tps̄
seminis est: tps̄ frigoris est.** Et si iter vētos
et si inf pluuias: semina: noli eē piger. **Estas
veniet que te letificet: in qua te gaude-
as seminasse.** **Quid ḡ facio modo?** **Ex-
pecta dñm:** Et cum expecto quid ago?
Et custodi⁹ vias eius: Et si custodiero
quid accipio: **Et exaltabit te vt here-
ditate⁹ possideas terrā.** Quā terrā?
Iterū ne aliqua villa occurrat aīo: illa de
qua dicitur: **Venite benedicti patr⁹ mei:
p̄cipite regnū: qd̄ vob̄ patum est ab initio
mūdi.** Quid d̄ illis q̄ nos angustiauerūt:
inf̄ q̄s genuim⁹: qz scādala tolerauim⁹: p̄
quib⁹ seuiētib⁹ frustra orauim⁹: qd̄ de illis
erit: **Seq̄t.** **Cū pereūt p̄tōres vide-
bis.** Et cū de p̄rio videbis: tu eris ad de-
xterā: illi ad sinistrā. **Hoc at̄ ad fidei oculos
p̄tinet.** Quos fidei oculos qui nō habent
delectāt felicitatē impiorū: et putant se sine
causa esse iustos: quia vidēt hic florere im-
pios. **Qui autē habet oculum illum fidei
quid dicit?** **Vidi impiū superalta-
ri: et eleuari super cedros libani.**
**Et puta qz superexaltat⁹ est: vuta or̄ eleua-
tus est:** Quid sequitur? **Et trāsiui et**

Alia lra.
t̄ viam.

Alia lra.
t̄ copias.

Alia lra.
t̄ perierint.

Alia lra.
t̄ superexaltatū
elauatum.

ecce non erat: et quesivi eum et non est inuentus locus eius. Quare non erat: et non est inuentus locus eius? Quia transisti. Si adhuc carnaliter cogitas: et ista frena felicitas vera felicitas tibi videtur: non dū transisti: Aut equalis illi es: aut infra es. Profice et transi: et cum proficiedo transieris: attēdis eum fide. Tu des nouissima ipsi: et dices tibi: ecce non est iste qui sic tumuerat: quod si transires iuxta fumum. **Nā** et hoc dictum est in isto psalmo superius: Deficientes velut fumus deficient. Erigit in altum fumus: et in globum tumidum progreditur: quanto magis attollitur: tanto amplius intumescit. Sed cum transieris attēde post te. post te enim fumus: si est ante te deus. Noli posteriora ex desiderio attēdere: sic attēdit vxor Loth: et remansit in via: sed respice ex despectu: et videbis impiū nusquam esse: et quies loci eius. Quis est locus eius? Quod habet potestatem: habet diuitias: habet quēdam ordinem suū in rebus humanis: ut multa ei obsequantur: ut iubeat et audiat. Iste locus non erit: sed transi: ut tu possis dicere: transiui: et ecce non erat. Quid est transiui? Profeci: pueni ad spiritualia: intraui in sanctuarium dei: ut intenderem in nouissima. Et ecce non erat: et quesivi eum: et non est inuentus locus eius. **Custodi innocentiam:** Tene quomodo cum auarus es: facellum tenebas. Quod tenebas facellum: ne tibi extorqueat a fure: sic custodi innocentiam: ne tibi extorqueat a diabolo. Sit illa certum patrimonium tuum: de quo sunt diuites et pauperes. **Custodi innocentiam.** Quid tibi prodest lucrum auri: et dānum innocentie? **Custodi innocentiam. Et vide directionem.** Habeto oculos directos: ut videas directionem: non prauos quibus malos vides et distortos: ut distortus tibi: et prauus videatur deus: quia fauet impijs: et persequitur fideles. **Nō vides quibus tortum videas:** corripe oculos tuos: et vide directionem. Quā directionem? **Noli ad pēnitentiam attēde.** Et quod videbis? **Quia sunt reliquie homini pacifico:** Quid est sunt reliquie? Cum mortuus fueris: non eris mortuus: hoc est sunt reliquie. Erit illi aliquid et post hanc vitam: hoc est illud semē quod in benedictione erit. **Uñ dñs:** Qui credit in me inquit licet moriatur: viuet. **Quia sunt reliquie homini pacifico.** **Iniusti autē disperunt in idipsum:** Quid est in idipsum? In sempiternum: vel oēs simul in vnum. **Reliquie impiorum iteribunt:** Sūt autē reliquie homini pacifico. Ergo quod non sūt pacifica: impij sunt. **Beati enim pacifici:** quia ipsi filij dei vocabuntur. **Salus autē iustorum a do**

mino: et protector eorum est in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos dominus et teruet eos: et erimet eos a peccatoribus. Tolerent ergo modo peccatores iusti: tolerent frumenta zizania: toleret triticum paleam: quia veniet tempus separationis: et erimet semē bonum: ab eo quod igni consumetur. Illud in horreum mitte. illud autem in eternam consumptionem: quia ideo simul fuerunt: primo iustus et iniustus: ut ille supplantaret: ille probaret: postea autem ille dānaret ille coronaret. **Deo gratias fratres:** reddidimus debitum in nomine christi: sed nos caritas debitorum semper tenet. Illa enim vna est: quod et si quotidie reddidit semper debet. **Multa diximus aduersus donatistas:** multa vobis recitauimus: multas chartas: multa per canonem scripturarum illis cogentibus. **Nā** et si reprehēderent nos hec quod vobis talia legimus: nos reprehēdamur cum vos instruamus. **Possumus enim eis et in hac parte sic respondere:** factus sum insipiens: vos me coegistis. **Tamen fratres animi omnia custodite hereditatem nostram:** de qua securi sumus: in testamento patris nostri esse: non in aliqua charta friuola alicuius hominis: sed in testamento patris nostri: inde securi sumus: quia qui fecit testamentum viuunt eternum. **Qui fecit testamentum heredi suo: ipse iudicabit de testamento suo.** In rebus humanis alius est testator: alius iudex: sed tamen qui tenet testamentum: vincet apud iudicem alterius: non apud alterum iudicem mortuum. **Quia ergo secura est nostra victoria:** cum ille iudicabit: qui testatus est. **Et si enim mortuus est christus ad tempus: sed iam viuunt in eternum.** Loquamur ergo aduersus nos quicquid voluit: nos diligamus illos: et nolentes. **Novimus enim fratres: novimus linguas eorum.** **Propter quod eis non irascimur:** patienter ferte nobiscum. **Uident enim in causa se nihil habere: et linguas peruertunt in nos: et incipiunt de nobis dicere: mala multa que sciunt: multa que nesciunt: que sciunt: preterita nostra sunt.** **Fuimus enim aliqui sicut dicit Apollus: stulti et increduli: et ad omne opus bonum reprobi: in errore peruerso desipientes: et insaniētes fuimus: non negamus.** **Et quantum preteritum nostrum non negamus:** tantomagis deum qui nobis ignouit laudamus. **Quid ergo heretice: dimittis causas et is ad homines?** **Quid enim ego sum? Quid sum?** **Nūquid catholica ego sum? Nūquid hereditas christi diffusa per gentes ego sum?** **Sufficit mihi uti ea sum.** **Utuperas mala mea preterita: quid magnum facis? Seuerior sum**

Alia lra.
† liberabit.
† eruct.

Alia lra.
† equitate.

Alia lra.
† dicitur.

ego in malo meo q̄ tu: qđ tu vitupasti: ego dānaui. Utinā velles imitari: vt error tu fieret aliqñ p̄terit⁹. Ista sūt mala p̄terita q̄ nouerūt: maxie ī ista ciuitate. Hic enī male vixim⁹ qđ ego p̄fitebor: z q̄ntuz gaudeo de gr̄a dei: tñ de meis p̄terit⁹ timeo. Quid dicā: Boleo. Bolerē si adhuc sic eēm. Sz qđ dicā: Gaudeo. Nec h̄ possum dicere. Utinā enī nūq̄ fuissem: qđ qđ tñ fui in nomine christi p̄teritū est. Quod aut̄ mō rephēdūt nō norūt. Sūt adhuc que in me rephēdāt: sed tā multū est ad illos vt h̄ no uerint. Adulta enī ago in cogitationibus meis: pugnās aduersus malas suggestiones meas: z habēs cōflictionē diuturnā: z ppe p̄tinuā vim cū tēptationib⁹ inimici subuertere me volētis. Nemo apud deum in infirmitate mea: z nouit quid pturit cor meū: ille q̄ nouit p̄tū meū. Adibi aut̄ minū est: vt a vobis dijudicer. aut ab hūano die: ait Ap̄ls: sed neq; ego meip̄m iudico. Adeli⁹ enī me ego noui q̄ illi: sed meli⁹ d̄ q̄ ego. Nō ergo vobis insultēt de nobis: nō. faciat x̄ps. Bicūt enī: z q̄ sūt: z vñ sūt: malos hic illos nouim⁹: vbi baptizati sunt: Si nos bñ nouerūt: sciūt: qz z nauigauim⁹ aliqñ: sciūt qz z pegrinati sum⁹: sciūt qz alij iuimus z alij redim⁹. Nō hic baptizati sumus: sed vbi baptizati sum⁹: ecclia est nota vniuerso orbi terrarū: z mlti fr̄s nostri sūt: qui z nouerūt qz baptizati sum⁹: z nobi scum baptizati sūt. Facile est ergo hoc nosse: si qđ fratrū est inde sollicit⁹. Istis aut̄ satisfacturi sum⁹: z demonstraturi aliqđ de testimonio ecclie: cui nō cōmunicāt. Aderito nō nos norūt trans mare baptizatos in christo: qz z trās mare nō hñt christū. Ille enī christū z trās mare habz: qui z trās mare cōmunionē vniuersę ecclie tenet. Quomodo pōt cognoscē vbi sim ego baptizatus: cū cōmunio ip̄i⁹ vix trāsit mare. Cleritū amē fr̄s mei: qđ eis dicā: Suspiciamini qđ vultis de nobis. Si boni sum⁹ in ecclia christi: frumēta sum⁹: si mali sum⁹ in ecclia christi: palea sum⁹: tñ ab area non recedim⁹. Tu q̄ v̄to tēptatiōis foras volasti qđ es: Triticū nō tollet v̄tus ex area. Ex eo ergo vbi es: agnosco quid es: qui p̄ nos dicis tāta: Quicūq; qđ dicif̄ attēde: nō a q̄ dicif̄: sed pctōri inq̄t dic̄ dñs: vt qđ tu assumis testam̄tū meū p̄ os tuū: Bicāt ergo dñs peccatori. Forte est gen⁹ pctōz cui hoc recte dicat dñs: s̄ ī quolibet dicat h̄ dñs: ideo dicit: qz pctōri nō pdest qñ le

gem dei loq̄tur. Nūqđ z auditorib⁹ nō pdest: Utrūq; gen⁹ nos habem⁹ in ecclia: dñs dicēte: z bonoz z maloz. Boni enim cū p̄dicāt quid dicūt: Imitatores mei esto te: sicut z ego christi. Be nob qđ dicif̄: Sz forma estote fidelīū. Hoc nos esse elaboram⁹. Quid aut̄ sim⁹ ille nouerit: ad quē gemim⁹. Be malis tñ dictuz est aliud: Sup cathedrā moysi: sederūt scribe z pharisei: que dicūt facite: q̄ aut̄ faciūt facere nolite. Vides qz in cathedra moysi: cui successit cathedra christi: sedēt z mali: z tñ dicendo bona: nō obsūt auditorib⁹. Quare tu p̄p̄ malos ip̄am cathedrā dimisisti: Redi ad pacem: redi ad p̄cordiā: que te non offendit. Si bona loquor: z bona facio: imitare me. Si aut̄ nō facio qđ dico: habes p̄siliū dñi: que dico fac: Que aut̄ facio noli facere: tñ a cathedra catholica noli discedere. Ecce ī noīe x̄pi ituri sum⁹: z multa dicturi sunt. Quis finis: Lito p̄tēnite cām nr̄az. Nō illis dicatis: nisi frater ad rē respōde. Augustin⁹ ep̄s est ī ecclia catholica: sarcinam suā portat: rationē redditur⁹ est deo. In bonis eū noui: si malus est ipse nouit. Si bon⁹ est: nec sic spes mea est. Hoc ante oīa didici ī catholica: vt spes mea nō sit in hoīe. Aderito ergo vos hoīes rephēditis: qz spem vestraz in hoīem posuistis. Certe cū rephēderint nos: cōtēnite et vos. Nouim⁹ enī qualē locum habem⁹ in corde vestro: qz scim⁹ qualē locū habet̄ in corde nostro. Nolite p̄ nobis certare aduersus illos: quicquid de nobis dixerint: cito trāsite: ne laborantes causa defensionis nr̄e: dimittatis cām vestrā. Hoc enim agūt astute: nolentes z timentes vt de ipsa causa dicam⁹. Ingerūt nob q̄ nos auocēt vt cū intēdim⁹ purgare nos: sileamus ab ipsis cōuincendis. Nā p̄sus qui me dicit malū: dico z ego alia inuērabilia: cito aufer de medio: fini cām meā: de re age ecclesie. Lausam attēde: vbi sis vide. Veritas tibi vndelibet loquat̄: esuriens accipe: ne nūq; ad te pueniat panis: dñs semp qđ rephēdas in vasculo fastidiosus z calūniosus inquiris.

Explicit Tractatus de ps. XXXVI

Incipit Tractatus de ps. XXXVII

Prefatio.

Oportune ad id qđ cantauim⁹: iniquitātē meā ego pnūcio: z curaz gero p̄ pctō meo: respōdit hec mulier de lectione euāgelij. Iniquitates enī eius intuēs dñs.

canem appellavit dicens: Non est bonum p... nem filiorum mittere canibus. At illa que no... uerat iniquitatem suam pronuntiare: et curam gere... re pro peccato suo: non negavit quod veritas... dixit: sed misericordiam confessam postquam impetra... vit: curam gerens pro peccato suo. Nam et curari... petiverat filiam suam: fortassis in filia signifi... cans vitam suam. Psalmum ergo totum quantum... possumus: dum consideramus et tractamus... ad veritatem. Assit dominus cordibus nostris: ut... salubriter hic inveniamus voces nostras: et... quod invenierimus proferamus: nec difficulter... inveniendo: nec imperite proferendo.

Titulus eius est. Psalmus ipsi David in recordatione sabbati.

Querimus que nobis scripta sunt de sancto David propheta: ex cuius semine dominus noster Iesus christus secundum carnem: et inter bona que de illo nobis nota sunt per scripturas: non invenimus eum aliquam recordatum sabbati. Quid. n. ita recordaretur secundum illam observationem iudeorum qua observabant sabbatum: Quid ita recordaremur quod inter septem dies necessario veniebat? Observandum ergo erat: non sic recordandum. Non autem recordatur nisi quod in presentia non est positum (verbi gratia) In hac civitate recordatur carthagine ubi fuisti aliquando: et hoc die recordatur besternum die: vel portum: vel quolibet anteriorum: et aliquid factum tuum quod iam fecisti: aut ubi fuisti: vel cui rei interfuisti. Quid tibi vult ista recordatio sabbati fratres mei? Que anima sic recordatur sabbatum? Quod est hoc sabbatum? Cum gemitu enim recordatur. Et cum psalmus legeret audisset: et modo cum retexerimus audiet: quantum sit meror: quantum gemitus: quantum fletus: quantum miseria. Sed felix est: qui sic miser est. Et dominus in euangelio beatos appellavit quosdam lugentes. Et beatus si lugens: Unde beatus si miser: Immo miser esset: si lugens non esset. Talem ergo et hic accipiamus sabbatum recordantem: nescio quem lugentem: et tamen nos sinus ipse nescio quis. Est enim hic quidam dolens: gemens: lugens: recordans sabbatum. Sabbatum requies est. Sine dubio iste nescio quem in inquietudine erat: quod tamen cum gemitu requiem recordabatur. Ipse itaque inquietudinem quam patiebatur narrat et commendat deo: nescio quid gravius timeat quam erat ubi erat. Nam quia in malo est apte dicat: nec interprete opus est: nec suspitio: nec pietura: in quo malo sit: non dubitatur ex eius verbis: nec opus est ut queramus: sed ut quod dicit intelligamus: et nisi

si peius aliquid timeret: quam erat illud quod timebatur: non sic inciperet.

Expositio psalmi.

Domine ne in indignatione tua arguas me: neque in ira tua emendes me. Futurum est enim ut quidam in ira dei emendentur: et in indignatione arguantur. Et forte non omnes qui arguuntur emendabuntur: sed tamen futuri sunt in emendatione quidam salvi. Futurum est quidem quod emendatio nominata est: sic tamen quasi per ignem: futuri sunt quidam qui arguentur et non emendabuntur. Nam utique arguet eos quibus dicit: Esuriivi et non dedistis mihi manducare: sitiivi et non potastis me: et cetera que ibi persequens: quando inhumanitatem et sterilitatem increpat: dicens malis ad sinistram constitutis: quibus dicitur: Ite in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius. Nec iste grauiora formidans: excepta vita ista: in cuius malis plangit et gemit: rogat et dicit: Domine ne in indignatione tua arguas me. Non sum inter illos quibus dicitur: Ite in ignem eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius. Neque in ira tua emendes me: ut in hac vita purges me: et tale me reddas: cui iam emendatorio igne non opus sit: propter illos qui salvi erunt: sic tamen quasi per ignem. Quare: nisi quod hic edificat super fundamentum ligna: fenestra: stipulam: Edificaret autem aurum: argentum: lapides preciosos: et de utroque igne securi essent: non solum de illo eterno: qui in eternum cruciaturus est impios: sed etiam de illo qui emendabit eos qui per ignem salvi erunt. Dicit enim: Ipse autem salvus erit: sic tamen quasi per ignem: Et quod dicit: salvus erit: ostendit ille ignis. Ita plane quis salvi per ignem: grauior tamen erit ille ignis: quam quod quid potest homo pati in hac vita. Et nostris quantum passim sunt mali: et presentia pati: tamen tanta passim sunt: quanta potuerunt pati et boni. Quid. n. quisque maleficus latro: adulter sceleratus. sacrilegus protulit legibus: quod non protulit martyr in confessione christi: Ista ergo que hic sunt mala: faciliora sunt: et tamen videte quem admodum ea homines ne patiatur quicquid iufferis faciunt: quanto melius faciunt quod iubet deus: ne illa grauiora patiatur. Quare autem petit iste ne in indignatione arguatur: neque in ira emendet? Tamen dices deo: quoniam iam ista que patior multa sunt: magna sunt: queso ut sufficiat: et incipit illa numerare satisfaciens deo: offerens illa que patitur: ne peiora patiatur. Quoniam sagitte tue infixae sunt mihi: et confirmasti super me

Alia lra. + furore tuo + corripas

Alia lra.
I facie.

manum tuā. Non est sanitas in carne mea a vultu ire tue: Jam hec dicebat que hic patiebatur: et tū hoc iam de ira dñi: qz de vindicta domini. Be qua vindicta: Quā excepit de Adā. Non em̄ in illum nō est vindicatus: aut frustra dixerat deus: morte morieris: aut aliquid patimur in ista vita: nisi ex illa morte quā meruimus p̄mo pctō. Eten̄ portam⁹ corpus mortale plenū temptationib⁹: plenū sollicitudinib⁹: obnoxium dolorib⁹ corporalib⁹: noxium indigētis: mutabile et languiduz cū sanū est: qz vtiqz nōdū plene sanū. Nā vñ dicebat: nō est sanitas in carne mea: nisi qz ista que hui⁹ vite dicit sanitas: bene intelligentibus et sabbatū recordantib⁹: non est vtiqz sanitas: Si nō māducaueris inq̄ etat fames. Ista fames naturalis quidam morib⁹ est: qz natura nobis facta ē pena ex vindicta. P̄mo homini qd̄ erat pena: natura nobis est. Cū dicit et Ap̄ls: fuim⁹ et nos natura filij ire sicut et ceteri. Natura filij ire: id ē portātes vindictā: Sz quare dicit: fuim⁹: Quia spe iam nō sum⁹: nā re adhuc sumus. Sz illud meli⁹ dicimus: qd̄ spe sum⁹: qz certi sumus de spe. Nō em̄ incerta est spes nostra: aut de illa dubitamus. Audi ip̄am gloriā in spe. In nobismetipsis inquit ingemiscim⁹ ad optionē: expectantes redēptionē corporis nr̄i. Quid em̄: Nōdū redemptus es o Paule: Nōdū p̄ te precii p̄solutū est: Nōne sanguis ille iam fusus est: Nōne ip̄m est precii omnium nostruz: Nōne ip̄m: Sz vide qd̄ ait: Spe em̄ salui facti sumus. Spes aut̄ q̄ videtur nō est spes. Quod em̄ videt q̄s qd̄ sperat: Si aut̄ qd̄ nō videm⁹ speram⁹: p̄ patientiā expectam⁹. Quid aut̄ expectat p̄ patientiam: Salutē. Cuius rei salutē: Ip̄ius corporis: qz hoc dixit redēptionē corporis nōitri: Si salutē corporis expectabat: si erat salus illa quā habebat. Esuries sitis interficit: si subuentū nō erit. Ad medicamentū em̄ famis est cib⁹: et medicamentū sitis est potus: et medicamentū fatigatiōis est somn⁹. Betrabe ista medicamēta: vide si nō interficiūt illa q̄ existūt. Si sepositis istis nō sūt morbi: est sanitas. Si aut̄ habes aliqd̄ qd̄ te possit interficere: nisi māducaueris: noli gloriari de sanitate: s̄ gemens expecta redēptionē corporis tui. Gaude te redēptū: s̄ nōdū re: spe secur⁹ esto. Eten̄ si nō genuerit in spe: nō puenies ad rē. Hoc ergo nō est sanitas. Ait: Nō est sanitas in carne

mea a vultu ire tue. Unde ergo sagitte infixæ: Ipsam penā: ip̄am vindictā: et forte dolores q̄s h̄ necesse ē pati: et animi et corporis: ip̄as dic̄ sagittas: Be his em̄ sagittis: et sanctus Job fec̄ cōmemorationē. Et cū esset in illis dolorib⁹: dixit sagittas dñi infixas sibi. Solemus tñ et verba dei sagittas accipere. Sz nunqd̄ ab his posset iste sic dolere se pcuti: Verba dei tanq̄ sagitte excitāt amorē nō dolorē. An qz et ip̄e amor nō potest esse sine dolore: Quicqd̄ em̄ amamus et nō habem⁹: necesse est vt doleam⁹. Nā ille amat et nō dolet: q̄ habet qd̄ amat. Qui autē amat vt dixi: et nōdū habet qd̄ amat necesse est vt i dolore gemat. Inde illa i p̄sona ecclesie sponsa christi: in cāticocāticorū: Quā vulnerata caritate ego sū. Vulneratā se dixit caritate. Amabat em̄ quiddā et nōdū tenebat: dolebat qz nōdū habebat. Ergo si dolebat vulnerata erat: sed h̄ vulnus ad veram sanitatē rapiebat. Qui hoc vulnere non fuerit vulneratus: ad veram sanitatē nō potest puenire. Nunquid ergo vulnerat⁹ semp̄ erit in vulnere: P̄sumus itaqz etiā sic sagittas infixas accipere: id ē verba tua infixæ cordi meo: et ex ip̄is v̄bis tuis factū vt recordarer sabbatū: et ipsa recordatio sabbati: et nōdū retentio facit me nōdū gaudere et agnoscere: nec sanitatē esse in ipsa carne: neqz dici debere: quia cōparo istā sanitatē illi sanitati quāz habeo in rege sempiterna: vbi corruptibile hoc induet icorruptionē: et mortale hoc induet immortalitātē: et video quia in illius sanitatē cōparatione ista sanitas morbus est. Non est pax ossibus meis a facie peccatorū meorū. Queri solet cui⁹ sit vox: et aliq̄ accipiūt christi: p̄pter qd̄ dā q̄ hic dicunt d̄ passiōe christi: ad q̄ paulopost veniem⁹: et agnoscem⁹ q̄ de passione christi dicunt. Sz nō est pax ossibus meis a facie pctōz meorū: quomō diceret qui nullū peccatū habebat: Coartat nos q̄ intelligēdi necessitas ad agnoscenduz tanq̄ plenū et totū christū: id est caput et corpus. Cū em̄ christus loquit: aliqn̄ ex p̄sona solius capitis loquit: qd̄ est ip̄e saluator: nat⁹ ex Maria virgine. aliqn̄ ex p̄sona corporis sui: qd̄ ē sancta ecclesia diffusa toto orbe terraz. Et nos in corpe ip̄ius sum⁹: si tñ fides nr̄a sincera sit in illo: et spes nostra certa: et caritas nostra accēsa. sum⁹ in corpe ip̄ius et mēbra ip̄ius: et inuenimus nos ibi loqui. Ap̄lo dicēte: Quā mēbra sum⁹ corporis ei⁹.

Et multū locū dicit h̄ Ap̄ls. Nā si dixerim⁹
 v̄ba nō esse christi: nō erunt ⁊ illa v̄ba chri-
 sti: **De⁹** meus de⁹ meus vt qd me dereliq-
 ſti: **Et** tibi em̄ habes: de⁹ meus de⁹ me⁹ vt
 qd me dereliqſti: lōge a salute mea v̄ba de-
 lictorū meorū. Quō hic habes a facie pec-
 catorū meorū: sic ⁊ tibi habes verba delic-
 torū meorū. **Et** si christus vtiq; sine pecca-
 to ⁊ sine delicto: incipim⁹ nō putare verba
 illa psalmi illi⁹ esse. **Et** valde durū ⁊ cōtra-
 riū est: vt ille psalmus nō ptineat ad chri-
 stū: vbi habemus tā apertā passionē eius:
 tanq; ex euāgelio recitet. **Ibi** em̄ habem⁹:
Diuiserūt sibi vestimēta mea: ⁊ sup vesti-
 mentū meū miserūt sortē. **Quid** qd ip̄e do-
 minus in cruce pendēs primū versū psal-
 mi ip̄ius ore suo ptulit ⁊ dixit: **Deus** me⁹
 deus me⁹ vt quid me dereliqſti: **Quid** vo-
 luit intelligi: nisi illū psalmū totū ad se pti-
 nere: qz caput ip̄ius ip̄e pnūciauit: **Ibi** au-
 tē sequit ⁊ dicit: **Verba** delictorū meorū:
 nō est dubiū qz vox christi est. **Unde** ergo
 pctā: nisi de corpe qd est ecclesia: **Quia** lo-
 quit corpus christi ⁊ caput. **Quare** tanq;
 vnus loquit: **Quia** erūt duo inquit in car-
 ne vna. **Sacramentū** hoc magnum est: ait
 Ap̄lus: **Ego** aut dico in christo ⁊ in eccle-
 sia. **Unde** etiā cū ip̄e loqueret i euāgelio:
 respondēs eis qui questionē intulerunt de
 vxore dimittenda: ait: **Nō** legistis qd scri-
 ptū est: qd de⁹ ab initio masculū ⁊ feminaz
 fecit eos: ⁊ relinquet homo patrē ⁊ matrē: ⁊
 adheret vxori sue: ⁊ erunt duo: in carne
 vna: **Igitur** iā nō duo: sed vna ē caro. **Si**
 ergo ip̄e dixit: iā nō duo sed vna est caro:
 quid mirū si vna caro vna lingua: eadem
 verba: tanq; vni⁹ carnis capitis ⁊ corporis:
Sic audiam⁹ tanq; vni⁹: s̄ tñ caput tanq;
 caput: ⁊ corp⁹ tāq; corp⁹. **Nō** diuidunt p
 sone: s̄ distiguit dignitas: qz caput saluat:
 saluat corpus: **Caput** exhibeat misericordiaz:
 corpus defleat miserā. **Caput** est ad pur-
 gāda pctā: corpus ad p̄fitenda pctā: vna
 tñ vox. **Ibi** n̄ scriptū ē: qñ dicat corp⁹: qñ
 caput: si nos in audiendo distigim⁹: ille
 aut tanq; vnus loquit. **Quare** em̄ nō di-
 cat: pctōz meorū: qui dixit: **Esuriui** ⁊ n̄ de-
 distis mihi māducare: sitiui ⁊ nō dedistis
 mihi potū: hospes fui: ⁊ nō recepistis me:
 infirm⁹ ⁊ in carcere: ⁊ nō visitastis me: **Cer-**
 te dñs nō fuit in carcere. **Quare** nō hoc di-
 ceret: cui cū dictū esset: qñ te vidim⁹ esurie-
 tē ⁊ sitientē: aut in carcere ⁊ nō ministraui
 mus tibi: rñdit sic: ⁊ ex p̄sona corporis sui in-

dicās se dixisse: cū vni ex minimis meis nō
 fecistis me: nec mihi fecistis: **Quare** nō di-
 cat a facie pctōz meorum: qd dixit Saulo:
 Saule saule: quid me psequeris: qui vtiq;
 in celo iā neminē psecutorē patiebat: **Sed**
 quō ibi caput loquebat p corpore: sic ⁊ h̄
 caput dicit corpus: cū capitis voces audi-
 tis: **Sz** neq; cū corporis voces audieritis: se-
 parel caput: qz iā nō duo s̄ vna caro. **Nō**
 est sanitas in carne mea a vultu ire tue: sed
 fortasse iuste tibi de⁹ iratus ē o Adā: o ge-
 nus hūanū: iniuste irat⁹ est deus: qz dixisti
 iā agnoscēs ip̄am penā tuā in corpe chri-
 sti p̄stitutus hō: nō est sanitas i carne mea
 a vultu ire tue: expone iusticiā ire dei: ne te
 excusare videaris illū accusare: sequere ⁊
 dicvñ ira dñi: nō est sanitas in carne mea:
 a vultu ire tue nō est pax ossib⁹ meis. **Re-**
 petuit id qd dixit: non est sanitas in carne
 mea: hoc est em̄: nō ē pax ossib⁹ meis. **Nō**
 aut repetiuit a vultu ire tue: s̄ cām dixit ire
 dei. **Nō** est pax inqt ossib⁹ meis a facie pec-
 catorū meorū. **Qm̄** iniquitates mee
 sustulerūt caput meū: sicut ⁊ fascis
 grauis grauate sunt sup me. **Et** hic
 causaz p̄misit ⁊ effectū sbiecit: quid vñ cō-
 tigerit dixit: iniquitates mee sustulest caput
 meū. **Nemo** em̄ supbus: nisi iniqu⁹ cui su-
 stollit caput: sursum tollit qd erigit caput ad-
 uersus deū. **Audistis** cū lectio legeret libri
 ecclesiastici: **In**itū supbie hoīs apostata-
 re a deo. **Ille** qd p̄or noluit audire p̄ceptū:
 sustulit iniquitas ip̄ius caput aduersus deū.
Et qz iniquitates sustulerūt caput ei⁹: qd illi
 fecit de⁹: **Sicut** fascis grauis grauate sunt
 sup me. **Leuitatis** est erigere caput: qñ ni-
 hil portat qd erigit caput. **Quia** ḡ leue ē qd
 p̄t erigi: accipit pondus vñ possit cōpri-
 mi. **Covertet** em̄ labor ei⁹ i caput ei⁹: ⁊ ini-
 qtas ei⁹ i verticē ei⁹ descendet: **Sicut** fascis
 grauis grauate sūt sup me. **Coputruerūt**
 ⁊ putruerūt liuores mei: **Iā** qd liuores
 h̄z: nō est sanus. **Adde** qz ip̄i liuores cōpu-
 truerūt ⁊ putruerūt. **Un̄** putruerūt: **Quia**
 cōputruerūt. **Iā** quō hoc explicet in vita
 hūana: qd nouit: **Habeat** aliq; sanū olfa-
 ctū aie: sentit quō puteat pctā. **Cui** putori
 pctōz p̄trarius erat odor ille: de quo dicit
 Ap̄ls: **Christi** bon⁹ odor sumus deo i om-
 ni loco his qd salui sunt. **Sz** vñ nisi de spe:
Un̄ nisi de recordatiōe sabbati: **Aliud**. n.
 plāgimus in hac vita: aliud p̄sumum⁹ i illa
 vita. **Qd** plāgit putet: qd p̄sumit flagrat.
Ergo nisi eēt ille tal odor qd nos inuitaret:

Alia lra.
 †supgreffe sūt.
 †onus graue.

Alia lra
 †putruerūt ⁊
 corrupte sūt
 cicatrices mee

